MASTER NEGATIVE
NO. 93-81335-5

AUTHOR:

STRIJD, JOHANNES HENRICUS GULIELMUS

TITLE:

ANIMADVERSIONES CRITICAE IN PLUTARCHI

PLACE:

TRAIECTI AD RHENUM

DATE:

1912

Master Negative #

93-81335-5

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Strijd, Jan Hendrik Willem,
Animadversiones criticae in Plutarchi libros duos de Iside et Osiride et de E apud Delphos ... Traiecti ad Rhenum, apud I. Van Boekhoven, 1912.
108 p. 22½ cm.

Thesis. Utrecht.

Volume of pamphlets

42122

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 4-28-93 INITIALS JAMES
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

ANIMADVERSIONES CRITICAE IN PLUTARCHI LIBROS DUOS

DE ISIDE ET OSIRIDE

ET

DE E APUD DELPHOS.

J. H. W. STRIJD.

Animadversiones criticae in Plutarchi libros duos de Iside et Osiride et de E apud Delphos.

no. 3

ANIMADVERSIONES CRITICAE IN PLUTARCHI LIBROS DUOS DE ISIDE ET OSIRIDE

ET

DE E APUD DELPHOS.

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE QUOD EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI A. A. NIJLAND, PHIL. NAT. DOCT. ET IN FAC. PHIL. NAT. PROF. ORD. AMPLISSIMI SENATUS CONSENSU ET NOBILISSIMAE FACULTATIS LITTERARUM ET PHILOSOPHIAE DECRETO PRO GRADU DOCTORATUS SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS FACULTATIS EXAMINI SUBMITTET

IOHANNES HENRICUS GULIELMUS STRIJD

ARNHEMENSIS

DIE XXV MENSIS APRILIS ANNI MCMXII HORA IV P. M.

Traiecti ad Rhenum apud I. VAN BOEKHOVEN. — 1912.

Viris clarissimis

H. VAN HERWERDEN, *piae memoriae*,
J. VAN DER VLIET, *piae memoriae*,
B. H. C. K. VAN DER WIJCK,
F. J. L. KRÄMER,
H. VAN GELDER,
L. J. MORELL, *piae memoriae*,

quorum disciplina per longius breviusve temporis spatium usus sum, haec pagina pietatis atque grati animi testimonium sit.

Promotori suo, viro clarissimo

J. C. Vollgraff

pro benevolentia bonisque consiliis,

Viris clarissimis

P. H. Damsté

P. H. Ritter

pro humanitate atque comitate gratias agit

Dissertationis auctor.

De Iside et Osiride.

Plutarchus, ut plerumque facere consueverat, hoc quoque scriptum uni ex familiaribus dedicavit. Cum autem in permultis aliis scriptionibus eius indicia e variis fontibus petita nobis praesto sint, quibus personae ad quas singulae compositae sunt, probabiliter effingere possimus [1]), de Clea, cui praeter librum de Iside et Osiride inscriptum est opusculum de Mulierum Virtutibus, nihil aliunde nobis notum est. Quae autem e Plutarcho colligi possunt perpauca sunt. Delphis erat Thyadum princeps [2]), unde effici potest ut Dionysi mysteriis initiata esset, ut et ipse Plutarchus [3]); a patre et matre Osiridis sacris consecrata [4]) Isidem colebat [5]). Quare facere non possum cum viro cl. Wyttenbach existimanti in opere conscribendo id auctoris consilium fuisse „ut

[1]) Cf. Bull. de Corresp. Hell. 1896 pag. 718, adn. 5; 1897 pag. 155, 156.
[2]) Cf. de Is. et Os. cap. 35 pag. 364 E.
[3]) Cf. Consol. ad ux. cap. 10 pag. 611 D.
[4]) Cf. de Is. et Os. cap. 35 pag. 364 E.
[5]) Cf. de Is. et Os. cap. 2 pag. 351 E.

amicam de horum Aegyptiorum numinum ortu et cultu saniora quam quae vulgo ferrentur doceret", cf. Animadv. in Plut. Mor. III pag. 157. Librum vero mittens ad feminam, quae haud secus atque ipse pravas de diis opiniones respuebat[1]), Plutarchus id sibi proposuisse videtur ut aequales non solum verum sensum fabulae, quae deorum casus contineret, aperiret, quorum cultus tunc temporis longe lateque diffusus erat, verum etiam de deorum natura omnino meliora et puriora edoceret[2]).

Quamquam neque de tempore, quo Plutarchus librum de Iside et Osiride confecerit neque de loco quidquam pro certo affirmari potest, veri simillimum tamen est eum provectiore iam aetate cum Delphis sacerdotis munere fungeretur[3]), id fecisse. Leguntur enim de Is. et Os. cap. 68 pag. 378 D.: διὸ τῷ μὲν εἰς τὸ χρηστήριον ἐνταῦθα κατιόντι παρεγγυῶμεν ὅσια φρονεῖν, εὔφημα (sic Markland; libri εὔσχημα) λέγειν. Cum autem Plutarchi temporibus plurima oracula defecissent[4]), τὸ χρηστήριον, quod nomine non addito memorat, Apollinis Delphici oraculum esse satis

---

[1]) Cf. de Is. et Os. cap. 20 pag. 358 E. F.

[2]) Cf. J. J. Hartman, de Avondzon des Heidendoms II pag. 233: Wat Plutarchus met dit zijn boek wil leeren — en leeren wil hij er bepaald mee, niet alleen de wetenschappelijk aangelegde Klea, maar *de geheele beschaafde wereld*, de Romeinsche niet het minst. . .

[3]) Plutarchus inde ab anno fere 95° Delphis sacerdos fuit; cf. Pauly-Wiss. Real Encycl. IV pag. 2671.

[4]) Cf. librum de defectu oraculorum.

probabile est. Iam senem autem scripsisse Plutarchum documento sunt cum quaestio ipsa, tum modus quo eam tractaverit; multos enim auctores nominatim laudat[1]), multorum etiam sententias tantum tradit[2]).

ad cap. 2 pag. 351 F. 352 A.

Graecum Isidis nomen est, item Typhonis, qui deae est inimicus διασπῶν καὶ ἀφανίζων τὸν ἱερὸν λόγον, ὃν ἡ θεὸς συνάγει καὶ συντίθησι καὶ παραδίδωσι τοῖς τελουμένοις θειώσεως, σώφρονι μὲν ἐνδελεχῶς διαίτῃ καὶ βρωμάτων πολλῶν καὶ ἀφροδισίων ἀποχαῖς κολουούσαις τὸ ἀκόλαστον καὶ φιλήδονον, ἀθρύπτους δὲ καὶ στερρὰς ἐν ἱεροῖς λατρείας ἐθιζούσης ὑπομένειν, ὧν τέλος κ. τ. λ.

In verbis τοῖς τελουμένοις θειώσεως omnes fere viri docti, qui hoc in libro occupati fuerunt, offenderunt. Scriptores enim verbum τελεῖσθαι, cum idem quod Latinum initiari valeat, cum dativo coniungunt, ut deum denotent, cuius sacris quis initietur; sacra contra aut cum dativo aut cum accusativo iniunguntur; exstant etiam loci in quibus verbum τελεῖσθαι nullo casu adiecto per se ponitur. Neque Plutarchus hoc verbo aliter usus est. At fac eum hoc uno loco a consuetudine decessisse: merito tamen quaesiveris

---

[1]) Auctores laudantur: Anticlides, Archemachus, Aristagoras, Aristo, Castor, Dino, Eudoxus, Hecataeus, Heraclides Ponticus, Hermaeus, Manetho, Mnaseas, Phylarchus, Theopompus; libri: αἱ Ἑρμοῦ λεγόμεναι βίβλοι, κατάλογος τῶν βασιλέων, Φρύγια γράμματα.

[2]) Cf. ἔνιοι cap. 12, 13; 17; 44. πάντες cap. 8. πολλοί cap. 3; 43.

quaenam tandem verborum τοῖς τελουμένοις θειώσεως sit significatio. Initiantur homines sacris quibusdam, verum quo modo quis deorum assimilitudini atque coniunctioni — haec enim est θείωσις — initiari possit nemo facile intelleget. Itaque vitium, quod praeter virum cl. Reiske [1]) viri docti in vocabulo θειώσεως latere putabant, alius alio modo sanare conatus est: Reiske ⟨διὰ⟩ θειώσεως vertens „per sanctificationem"; Wyttenbach θείως ὁσίως τε vel Ἰσιακοῖς, quorum hoc ei magis probabile videbatur; Holwerda ἑαυτῇ ὁσίως, idem participia κολουούσαις et ἐθιζούσης mutavit in κολουούσῃ et ἐθιζούσῃ; Bernadacis, Symb. pag. 70 θεῖ' ὁσίως collatis verbis capitis tertii, pag. 352 B.: Ἶσιν.. δεικνύουσαν τὰ θεῖα; ipse quoque vocabulum θειώσεως vitiosum esse putans locum hunc in modum emendare temptabam: τοῖς τελουμένοις, ⟨τῆς τῶν θείων⟩ θεωρίας.. κολουούσης.. καὶ ἐθιζούσης collato loco Porphyrii, qui de Abstin. IV cap. 6 ex Chaeremone haec: ἐπέδοσαν (sacerdotes Aegyptii) ὅλον τὸν βίον τῇ τῶν θείων θεωρίᾳ καὶ θεάσει, διὰ μὲν ταύτης τὸ τίμιον καὶ ἀσφαλὲς καὶ εὐσεβὲς πορίζόμενοι, διὰ δὲ τῆς θεωρίας τὴν ἐπιστήμην, δι' ἀμφοῖν κ. τ. λ., leniorem tamen emendationem αἱ δεύτεραι φροντίδες attulerunt, quam

---

[1]) Neque viro cl. Hartman vocabulum θείωσις suspectum est: inserto vocabulo τόν post τελουμένοις locum sanatum existimat, cf. de Avondz. d. Heidend. II pag. 158 adnot. 1.

priusquam proferam, pauca de voce θείωσις disserenda esse puto.

Vox θείωσις apud nullum scriptorem profanum legitur, ecclesiastici vero passim ea utuntur auctore viro cl. Suicer, cf. Thes. Eccl. I pag. 1398. Qui postquam Dionysium Areopagitam laudavit vocem θείωσιν explicantem: deo quam maximam assimilitudinem atque coniunctionem [1]) l. l. ita pergit: „Ita Patres observante iam Casaubono finem et fructum ultimum sacramentorum θείωσιν dicere non dubitarunt, cum scirent vanarum superstitionum auctores suis ἐπόπταις eum honorem ultimum audere spondere [2]). Passim igitur legas apud Patres τῆς ἱερᾶς μυσταγωγίας τέλος εἶναι θείωσιν". Quae si ita sese habeant, nulla causa est cur Plutarcho vocabulum θείωσιν abiudicemus, praesertim cum de Osiridis mysteriis agat — in his enim sacra deorum ratio atque doctrina traditur — notumque sit Aegyptios id maxime petiisse ut post mortem deo simillimi fierent [3]). Neque in vocabulo τελουμένοις

---

[1]) De Eccles. hierarch. III p. 200: θείωσίς ἐστιν ἡ πρὸς Θεὸν, ὡς ἀφικτὸν, ἀφομοίωσίς τε καὶ ἕνωσις.

[2]) Cf. Gruppe, Griech. Myth. u. Religionsgesch. pag. 1484: Die Vorstellung dass der Mensch sich im Enthusiasmus oder auch durch vernünftige Lebensweise oder durch Erkenntnis in einem halbgöttlichen, ja geradezu göttlichen Zustand erheben könne, muss schon in VI Jahrhundert verbreitet gewesen sein.

[3]) Cf. e. g. Sayce, the Religion of ancient Eg. and Babyl. pag. 169: But in order to share in this state of bliss, it was necessary for the believer in Osiris to become like the god himself. He must himself be an Osiris, according to the Egyptian expression.

vitium inesse mihi videtur: nam ii soli, qui sacris initiati erant, deorum naturam penitus cognoscere iisque quam simillimi fieri poterant. Itaque veri simile est intercidisse participium verbi, quod cum genetivo coniungatur; in eo autem vim appetendi insit necesse est, cum secundum Plutarchum veritatis desiderium in primis rerum ad deos spectantium divinitatis appetitus sit [1]). Quamquam autem satis magna copia verborum est, in quibus ea notio insit: ὀρέγεσθαι, γλίχεσθαι alia, unum tantum exstat, quod, sive ad sensum spectas, aptissimum huic loco esse confitearis, sive quaeris quo modo intercidere potuerit, tibi satisfacturum esse sperem: nempe verbum ἐπιμελεῖσθαι. Cum autem participia ΤΕΛΟΥΜΕΝΟΙΣ et ἐπιΜΕΛΟΥΜΕΝΟΙΣ haud ita multum inter se differant hoc facillime oculos librarii effugere poterat. Dedit igitur noster τοῖς τελουμένοις ⟨καὶ ἐπιμελουμένοις⟩ θειώσεως. Cum ἐπιμελεῖσθαι θειώσεως conferas Quom. adul. ab amic. intern. cap. 33 pag. 72 A.: ὁ Σωκράτης . . οἰόμενος δεῖν ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι καὶ ζητεῖν τἀληθές; vit. Num. cap. 4: ἐπιμέλεια ἤθους καὶ ἀρετῆς.

Pervenimus iam ad alteram huius loci difficultatem: formam sc. participiorum κολουούσαις . . . [2]) ἐθιζούσης. Wyttenbach, quem alii secuti sunt, edidit

---

[1]) Cf. huius capitis initium.

[2]) Vulgata habet κωλυούσαις.

κολουούσαις . . . ἐθιζούσαις; Bernadacis contra duce viro cl. Emper κολουούσης . . . ἐθιζούσης. Neutrum tamen mihi placet, nam cum particulae μέν . . δέ ita positae sint ut res enumerentur, quarum finis est ἡ τοῦ πρώτου καὶ κυρίου καὶ νοητοῦ γνῶσις, fieri non potest ut utrumque participium pertineat ad unum vocabulum ἀποχαῖς; neque unde genetivi forma satis facile quis intellegat. Cum autem hoc loco noster indicare videatur quo modo fiat τὸ ἐπιμελεῖσθαι θειώσεως, suspicor eum dedisse: κολούουσι . . . ἐθίζουσιν ⟨ἑαυτούς⟩, quae formae dativi plurales participiorum sunt cum ἐπιμελουμένοις congruentes.

Totus igitur locus legatur: ὁ Τυφῶν . . . ἀφανίζων τὸν ἱερὸν λόγον, ὃν ἡ θεὸς συνάγει καὶ συντίθησι καὶ παραδίδωσι τοῖς τελουμένοις ⟨καὶ ἐπιμελουμένοις⟩ θειώσεως, σώφρονι μὲν ἐνδελεχῶς διαίτῃ καὶ βρωμάτων πολλῶν καὶ ἀφροδισίων ἀποχαῖς κολούουσι τὸ ἀκόλαστον καὶ φιλήδονον, ἀθρύπτους δὲ καὶ στερρὰς ἐν ἱεροῖς λατρείας ἐθίζουσιν ⟨ἑαυτοὺς⟩ ὑπομένειν: Typhon . . . auferens sacram rationem atque doctrinam, quam dea colligit, componit traditque iis, qui sacris initiantur et deo quam simillimi fieri student; vita bene morata multorumque ciborum atque libidinum abstinentia intemperantiam et voluptates amputant, rigida autem et dura templorum ministeria subire se instituunt.

ad cap. 3 pag. 352 A. B.

Plutarchus, qui capite proximo contendit Isidis nomen graecum esse, quippe quod derivatum sit a verbo εἰδέναι, priore huius capitis parte deam ipsam Graecam origine esse dicit: Ἔτι πολλοὶ μὲν Ἑρμοῦ, πολλοὶ δὲ Προμήθεως ἱστορήκασιν αὐτὴν θυγατέρα, [ὧν] τὸν μὲν ἕτερον σοφίας καὶ προνοίας, Ἑρμῆν δὲ γραμματικῆς καὶ μουσικῆς εὑρετὴν νομίζοντες. διὸ καὶ τῶν ⟨ἐν⟩ Ἑρμοῦ πόλει Μουσῶν τὴν προτέραν Ἶσιν ἅμα καὶ Δικαιοσύνην καλοῦσι ⟨φιλοῦσαν τὴν⟩ σοφίαν, ὥσπερ εἴρηται, καὶ δεικνύουσαν τὰ θεῖα τοῖς ἀληθῶς καὶ δικαίως ἱεραφόροις καὶ ἱεροστόλοις προσαγορευομένοις. οὗτοι δέ εἰσιν οἱ τὸν ἱερὸν λόγον περὶ θεῶν πάσης καθαρεύοντα δεισιδαιμονίας καὶ περιεργίας ἐν τῇ ψυχῇ φέροντες ὥσπερ ἐν κίστῃ καὶ περιστέλλοντες τὰ μὲν μέλανα καὶ σκιώδη τὰ δὲ φανερὰ καὶ λαμπρὰ τῆς περὶ θεῶν ὑποδηλοῦντα οἰήσεως, οἷα καὶ περὶ τὴν ἐσθῆτα τὴν ἱερὰν ἀποφαίνεται.

ὧν seclusi cum viris cl. Mezeriacus et Wyttenbach; ἐν ante Ἑρμοῦ πόλει recte inseruerunt Baxter alii; φιλοῦσαν τὴν ipse inserui: οὖσαν σοφίαν Wyttenbach; σοφίαν οὖσαν Baxter. Attamen Plutarchus in capite, quod antecedit, Isidem non dicit sapientiam esse, verum deam in primis sapientem atque sapientiae amantem appellat: ἐξαιρέτως σοφὴν καὶ φιλόσοφον οὖσαν; quominus cum viris cl. Bentley et Markland σοφίαν mutes in σοφὴν impedimento est particula καὶ posita ante participium δεικνύουσαν, cuius vis hoc

quidem loco nulla est nisi altero participio praegresso: id φιλοῦσαν esse pro certo ponere non ausim, probabile tamen est, cum litterarum ductus verbo καλοῦσι simillimi sint, quod non cadit in emendationem viri cl. Bernadacis, Symb. pag. 70 σοφὴν ⟨οὖσαν⟩ conicientis.

Pro ὑποδηλοῦντα, quod omnes codices habent, Mezeriacus, Bentley, Markland, Reiske scripserunt ὑποδηλοῦντες, quam lectionem Parthey et Dübner in textum receperunt. Est autem haec mutatio ut minime necessaria ita a re alienissima. Neque enim qui Osiridis sacris initiati erant — hi sunt οἱ ἀληθῶς καὶ δικαίως ἱεραφόροι καὶ ἱεροστόλοι [1]) — religionem atque cultum numinum Aegyptiorum efferebant neque id sibi proponebant ut τὰ μὲν μέλανα καὶ σκιώδη τὰ δὲ φανερὰ καὶ λαμπρὰ profano vulgo explicarent; immo vero a rebus humanis alienissimi de doctrinae secretis meditabantur et secum reputabant; cf. quae huius capitis in fine leguntur, pag. 352 C.: ἀλλ᾽ Ἰσιακός ἐστιν ὡς ἀληθῶς ὁ τὰ δεικνύμενα καὶ δρώμενα περὶ τοὺς θεοὺς τούτους, ὅταν νόμῳ παραλάβῃ, λόγῳ ζητῶν καὶ φιλοσοφῶν περὶ τῆς ἐν αὐτοῖς ἀληθείας, Porphyr. de Abst. IV cap. 6;

---

[1]) Plutarchus hoc loco non designat duo sacerdotum genera, sed omnes, qui mysteriis Aegyptiis initiati sunt, his nominibus denotat, ut apud Philonem ἀγαλματοφορεῖν dicuntur et ἀγαλματοφόροι audiunt „qui veras rerum divinarum virtutisque species animo impressas gerunt", ut vertit Runkenius Tim. Lex. Plat. pag. 7, ubi plura de hac re.

itaque codicum lectio retinenda est et participium referendum ad ἱερὸν λόγον.

In proximis Wyttenbach vocabulum οἰήσεως mutandum in νοήσεως censet, scribens Animadv. III pag. 169: „οἴησις non sanum videtur, dicitur enim malo sensu ut vidimus pag. 34 D. [1]), et hic locus bonum requirit". Equidem, quamquam haud infitias iverim vocabulum malo sensu et adhiberi posse et a Plutarcho adhibitum esse[2]), tamen hunc sensum vocabulo semper inesse pro certo nego; est potius vox media: significat enim primo opinionem, vernacula lingua *meening*, cf. Plat. Phaed. cap. 41 pag. 92 A., Phaedr. cap. 22 pag. 244 C., Plutarch. Quom. adul. ab amic. intern. cap. 1 pag. 49 A.; deinde opinionem falsam atque arrogantiam, quo sensu noster saepius vocabulo οἴημα utitur, cf. libri laud. cap. 25 pag. 65 E., de rect. rat. aud. cap. 4 pag. 39 D., cap. 13 pag. 44 A., quom. quis suos prof. in virt. sent. cap. 10 pag. 81 C., F., Quaest. Plat. 1 pag. 999 F.

Quod autem Wyttenbach addit locum vocabulum bono sensu requirere, id minime approbare possum. Nam, nisi omnia me fallunt, τὰ μὲν μέλανα καὶ σκιώδη, τὰ δὲ φανερὰ καὶ λαμπρὰ sunt tristia et laeta, quae vulgi opinioni de Aegyptiis diis insunt; ea

[1]) De recta ratione audiendi cap. 4 in fine.
[2]) Quomodo adul. ab amic. intern. cap. 25 pag. 65 E.

autem ὁ ἱερὸς λόγος ὑποδηλοῖ, i. e. explicat, verum eorum sensum docet. Quamobrem nihil mutandum censerem nisi hiatus obstaret, quem Plutarchus caute vitare solet. Itaque suspicor lectionem ὑποδηλοῦνΤΑ ΟΙΗΣΕΩΣ ortam esse ex ὑποδηλοῦντα ΔΟΚΗΣΕΩΣ. Optime δόκησις, quod vocabulum valet *opinionem, existimationem ex coniectura susceptam*, opponitur τῷ ἱερῷ λόγῳ; legitur apud Plutarchum e. g. de E. apud Delphos cap. 18 pag. 392 A., Compar. Dion. et Brut. cap. 2.

Sic scripseram cum publicatus est liber viri cl. Hartman, cui titulus de Avondzon des Heidendoms. Eius vol. II pag. 158, 159 locum nostrum vir cl. sic belgice vertit: Deze zijn het, die in hun ziel als in een kist ronddragen de heilige leer omtrent de goden, dewelke vrij is van alle bijgeloof en alle gezochtheid, terwijl ze het zwarte en duistere van de kennis der goden verborgen houden, maar het heldere en schitterende daarvan openbaren, lectione tradita hunc in modum mutata: ἐν κίστῃ, τὰ μὲν μέλανα καὶ σκιώδη περιστέλλοντες τὰ δὲ φανὰ καὶ λαμπρὰ τῆς περὶ θεῶν νοήσεως ὑποδηλοῦντες. Vereor tamen ne hac in re erraverit vir cl. Participia enim φέροντες et περιστέλλοντες minime inter se disiungenda sunt, sed ut Plutarchus omnes, qui mysteriis initiati sunt, ἱεραφόρους et ἱεροστόλους appellat, ita referens ad ea

substantiva verbis φέρειν et περιστέλλειν utitur. Neque verbum περιστέλλειν idem quod *celare* est, sed vim habet *protegendi*, *tuendi*, vernacula lingua *zorgvuldig bewaren*, quo sensu noster adhibet adv. Colot. cap. 32 pag. 1126 A.: εἰ γὰρ πρὸς Ἀντίδωρον ἢ Βιάντα τὸν σοφιστὴν γράφων ἐμνήσθη νόμων καὶ πολιτείας καὶ διατάξεως, οὐκ ἄν τις εἶπεν αὐτοῖς: μέν' ὦ ταλαίπωρ' ἀτρέμα σοῖς ἐν δεμνίοις περιστέλλειν τὸ σαρκίδιον. Cf. etiam Hesych. v. s. περιστέλλειν.

ad cap. 6 pag. 353 A.

Οἶνον δ'οἱ μὲν ἐν Ἡλίου πόλει θεραπεύοντες τὸν θεὸν οὐκ εἰσφέρουσι τὸ παράπαν εἰς τὸ ἱερόν, ὡς οὐ προσῆκον ἡμέρας πίνειν τοῦ κυρίου καὶ βασιλέως ἐφορῶντος.

Pro ἡμέρας Squire proposuit ἱερεῦσι, Moser ἱερέας, quem Hartman secutus est; Wyttenbach vocabulum aut delendum aut post κυρίου transponendum censet. Cum autem Sol praedicetur *dominus* et *rex*, videtur mihi vocabulum desiderari, quod Solis sacerdotes denotet *ministros*, ut sententia sit: cum ministros non deceat vinum bibere domino et rege intuente. Pro ἡμέρας igitur legendum est ὑπηρέτας. Sic Hermes dicitur ab Aeschylo, Prometh. vs. 954 θεῶν ὑπηρέτης, Apollinis Delphici sacerdotes dicuntur Φοίβου ὑπηρέται Sophocl. Oed. Tyr. vs. 712.

ad pag. 353 B. C.

Eudoxo auctore, qui se ex sacerdotibus id audivisse profitetur, Plutarchus tradit reges Aegyptios usque ad Psammetichi tempora vinum neque bibisse neque libavisse ὡς αἷμα τῶν πολεμησάντων ποτὲ τοῖς θεοῖς, ἐξ ὧν οἴονται πεσόντων καὶ τῇ γῇ συμμιγέντων ἀμπέλους γενέσθαι· διὸ καὶ τὸ μεθύειν ἔκφρονας ποιεῖν καὶ παραπλῆγας, ἅτε δὴ τῶν προγόνων τοῦ αἵματος ἐμπιμπλαμένους.

Pugnam deorum cum adversariis memorat Diodorus Sic. Bibl. 1 cap. 26, unde discimus Aegyptios credidisse Isidis temporibus exstitisse aliquos πολυσωμάτους, quos Graeci Γίγαντας appellarent; fuisse autem, qui eos e terra ortos perhiberent: ἔνιοι μὲν οὖν αὐτοὺς γηγενεῖς φασιν ὑπάρξαι προσφάτου τῆς τῶν ζώων γενέσεως ἐκ τῆς γῆς ὑπαρχούσης. Qua re facile quis adduci potest ut pro προγόνων, quod vocabulum hoc loco sensum non habet, corrigat γηγενῶν vel Γιγάντων, ut Wyttenbach proposuit Animadv. III pag. 173, cui Πηλογόνων, quod Squire temptaverat, minus placebat: magis enim esse poeticum et rarius quam pro huius loci ratione [1]).

Ego suspicor Plutarchum dedisse ΤΩΝ ΠΡΩ⟨των⟩ ΓΕΝ⟨ομεν⟩ΩΝ et scripturam vitiosam aut inde ortam esse quod librarius compendia, quibus haec

[1]) Aliter censet Hartman, qui πηλογόνων — de schoone emendatie van Squire — in textum recepit.

vocabula conscripta erant, minus bene intellexit vel neglexit, aut quod locum se correcturum speravit memor Graecarum fabularum, quibus homines e Gigantibus nati narrabantur [1]). Haec certo causa est cur Flor. pro ἀμπέλους habeat ἀνθρώπους.

ad cap. 8 pag. 354 A.

ἀλλὰ τρυφήν τε καὶ πολυτέλειαν καὶ ἡδυπάθειαν οὕτω προβάλλεσθαι τοὺς παλαιοὺς λέγουσιν, ὥστε καὶ στήλην ἔφασαν ἐν Θήβαις ἐν τῷ ἱερῷ κεῖσθαι κατάρας ἐγγεγραμμένας ἔχουσαν κατὰ Μείνιος τοῦ βασίλεως, ὃς πρῶτος Αἰγυπτίους τῆς ἀπλούτου καὶ ἀχρημάτου καὶ λιτῆς ἀπήλλαξε διαίτης.

Nomen Menis, qui primus mortalium rex Aegypti fuit, Graeci auctores varie tradiderunt: Herodotus [2]) accus. Μῖνα, Manetho [3]), Eratosthenes [4]) Μήνης, Diodorus [5]) Μηνᾶς, Aelianus [6]) Μῆνις, Josephus [7]) Μιναῖος, Plutarchus hoc loco Μείνιος et paulo inferius Μεινίῳ. Ut in re minime certa nominis formam non temptavi, ut tamen dativus respondeat genetivo cum viro cl. Baxter lego in sequentibus Μείνι.

Vocabulum ἔφασαν an recte traditum sit valde

[1]) Cf. Gruppe, Griech. Myth. und Religionsgesch. pag. 435 adnot. 3.
[2]) II cap. 4; 99.
[3]) Apud Müll. Fragm. Hist. Graec. II pag. 539.
[4]) Fragm. 1, ed. Did.
[5]) Bibl. I cap. 43; 45.
[6]) Hist. Anim. XI: 10.
[7]) Archaeol. VIII cap. 6 § 2.

dubito. Cum enim in vocabulo ὥστε ea vis soleat inesse, quam consecutivam appellamus, praesertim demonstrativo οὕτω(ς) praegresso ratio atque oratio flagitant ut posteriore sententiae parte exponatur qua re prisci illi homines ab omni luxuria alienissimi specimen odii sui dederint. Vocabulum igitur ἔφασαν rerum contextum interrumpit. Cum autem nonnumquam litterae Φ et Θ a librariis inter se confusae sint [1]), pro ΕΦΑΣΑΝ legendum censeo ΕΘΕΣΑΝ verbo κεῖσθαι expuncto, quod in textum insertum est, postquam prima lectio abiit in ἔφασαν. Graeci dicebant στήλην ἱστάναι, ἐνιστάναι, κατατιθέναι, ἀνατιθέναι, συντιθέναι, τιθέναι.

In verbis, quae in fine capitis pag. 354 B. leguntur, ἐκ δὲ τούτου καταρᾶσθαι (sc. λέγουσι τὸν Τέχνακτιν) τῷ Μείνι καὶ τῶν ἱερέων ἐπαινεσάντων στηλιτεῦσαι τὴν κατάραν, noli cum viro cl. Reiske ἐπαινεσάντων mutare in ἐπινευσάντων vel συναινεσάντων. Verbum enim ἐπαινεῖν non solum valet *laudare*, sed etiam *probare*, *comprobare*, cf. e. g. Thucyd. IV cap. 65, Xen. Anab. I cap. 3 § 7.

ad cap. 10 pag. 354 F.

Enumeratis philosophis et legislatoribus Graecis, qui Aegyptum adierunt ut sacerdotibus in disciplinam

[1]) De harum litterarum confusione vide quae van Herwerden annotavit ad Soph. Oed. Tyr. vs. 1437.

se traderent, Pythagoras Plutarcho auctore prae ceteris eorum rationem, qua omnia συμβολικῶς et obscure indicabant, imitatus est; cuius rei argumento ei sunt Pythagoricorum praecepta; δοκῶ δ'ἔγωγε καὶ τὸ τὴν μονάδα τοὺς ἄνδρας ὀνομάζειν Ἀπόλλωνα καὶ τὴν δυάδα Ἄρτεμιν, Ἀθηνᾶν δὲ τὴν ἑβδομάδα, Ποσειδῶνα δὲ τὸν πρῶτον κύβον ἐοικέναι τοῖς ἐπὶ τῶν ἱερῶν ἱδρυμένοις καὶ δρωμένοις νὴ Δία καὶ γραφομένοις.

Naber [1]) collatis quae leguntur cap. 3 pag. 352 C.: τὰ δεικνύμενα καὶ δρώμενα et cap. 22 pag. 359 D.: πολλῶν δὲ τοιούτων λεγομένων καὶ δεικνυμένων, pro ἱδρυμένοις proponit δεικνυμένοις; rectius vero, ut opinor, Reiske vocabula καὶ δρωμένοις, quippe quorum hoc e proximo ἱδρυμένοις natum sit, delenda censet. Quo modo enim Pythagoras ex *caeremoniis* exempla sibi sumere potuit ut deos nominibus figurarum geometricarum aut numerorum appellaret? Neque quae Holwerda affert ad vocabula tuenda faciunt. Qui omnes difficultates sublatas esse existimat dummodo ἐπὶ τῶν ἱερῶν vertatur: *secundum instituta sacra, quod attinet ad sacra, in sacris.* Verum tamen ἐπὶ τῶν ἱερῶν vertendum est *in templis*, ut de Stoic. repugn. cap. 6 pag. 1034 C.: θύοντες ἐπὶ τῶν βωμῶν καὶ τῶν ἱερῶν; cf. vit. Cicer. cap. 30 ἄγαλμα, ὃ . . . ἔχων ἐπὶ τῆς οἰκίας ἱδρυμένον; vit.

[1]) Mnemos. 1900 pag. 133.

Camill. cap. 12, vit. Nic. cap. 4; 5: ἐπὶ τῆς οἰκίας; Diod. Sic. Bibl. I cap. 26.

ad cap. 12 pag. 355 E. F.

Τῇ δὲ δευτέρᾳ (Aegyptii narrant natum esse) τὸν Ἀρούηριν, ὃν Ἀπόλλωνα, ὃν καὶ πρεσβύτερον Ὧρον ἔνιοι καλοῦσι κ. τ. λ.

Reiske et Wyttenbach pronomen relativum post Ἀπόλλωνα expungunt, Bernadacis Ἀπόλλωνα ὄντα καὶ cunctanter proponit lectorem delegans ad verba ultima huius capitis, pag. 356 A.: ἔνιοι δέ φασι καὶ τὸν Ἀρούηριν οὕτω γεγονέναι καὶ καλεῖσθαι πρεσβύτερον Ὧρον ὑπ' Αἰγυπτίων, Ἀπόλλωνα δὲ ὑπὸ Ἑλλήνων. Neutrum mihi placet: neque enim sunt qui Arverim deum Apollinem et Horum majorem appellent, sed alterum nomen Graecis usitatum est, alterum Aegyptiis, cf. verba supra laudata. Emendationem autem viri cl. Bernadacis hiatus redarguit. Cum autem satis constet textum traditum operum Plutarcheorum cum aliis vitiis tum interpolationibus variis [1]) laborare, vix dubitandum est quin vocabulum Ἀπόλλωνα hoc loco interpositum sit; quo vocabulo in textum recepto pronomen ὃν iteraretur necesse erat. Deleantur igitur vocabula Ἀπόλλωνα ὄν.

[1] Cf. e. g. quae exempla collegit Cobet, Observ. Critic. pag. 371 sqq.

ad cap. 14 pag. 356 E. F.

Aegyptii narrant Isidem αἰσθομένην δὲ τῇ ἀδελφῇ ἐρῶντα συγγεγονέναι δι' ἄγνοιαν ὡς ἑαυτῇ τὸν Ὄσιριν . . . τὸ παιδίον ζητεῖν.

Cum fabula fabulosius sit Osiridem inscientem simul amantem, h. e. amore inflammatum cum sorore Nephthye coisse, delendum est vocabulum ἐρῶντα; quo expuncto simul hiatus tolletur, quod non animadvertit Holwerda pro ἐρῶντα proponens ἄκοντα.

ad cap. 17 pag. 357 F.

ὥσπερ ἀμέλει καὶ τὸ δεικνύμενον αὐτοῖς εἴδωλον ἀνθρώπου τεθνηκότος ἐν κιβωτίῳ περιφερόμενον οὐκ ἔστιν ὑπόμνημα τοῦ περὶ Ὀσίριδος πάθους, ἤ τινες ὑπολαμβάνουσιν, ἀλλ' οἰομένους παρακαλεῖν αὐτοὺς χρῆσθαι τοῖς παροῦσι καὶ ἀπολαύειν, ὡς πάντας αὐτίκα μάλα τοιούτους ἐσομένους. οὗ χάριν ἐπὶ κῶμον ἐπεισάγουσιν.

Herodotus, qui lib. II cap. 78 hunc Aegyptiorum morem memorat, tradit in symposiis opulentiorum hominum imaginem cadaveris ligneam circumferri pictura atque opera perfectissimam, cuius mensuram unius fere vel duorum cubitorum esse; hanc imaginem servum unicuique convivarum ostendentem dicere ἐς τοῦτον ὁρέων πῖνέ τε καὶ τέρπευ· ἔσεαι γὰρ ἀποθανὼν τοιοῦτος; cf. praeterea Lucian. de Luctu 21; Diod. Sic. Bibl. I cap. 91.

Markland et Wyttenbach cum verba, quae supra exscripsimus, ad ἔνιοι δὲ pertinere existimarent, ἔστιν in εἶναι mutandum censuerunt. Mihi tamen hisce in verbis Plutarchi sententiam inesse magis probabile est. Fac enim eum εἶναι dedisse: non refert priore sententiae parte aliorum opinionem, verum, ut e verbis ἤ τινες ὑπολαμβάνουσιν apparet, eorum refutationem opinionis, quam nonnulli tantum sequuntur. Deinde quominus cum viris cl. Markland et Wyttenbach facias, vocabula ὥσπερ ἀμέλει magno impedimento sunt. Saepius enim Plutarchus a proposito digreditur et occasionem captat exponendi quae sibi ex argumento in mentem veniant, qua in re ὥσπερ ἀμέλει ei usitatum est, cf. e. g. vit. Luc. 17; Phoc. 2; 6. Neque igitur hoc loco Plutarchus a consuetudine decedit. In iis enim, quae antecedunt, varias de Manerote sententias componit: alios aliter de Manerote existimavisse: non deesse qui eum hominem fuisse prorsus negent et nihil aliud esse perhibeant nisi carmen sive sententiam hominibus epulantibus aptissimam: αἴσιμα τὰ τοιαῦτα παρείη. Deinde noster: ita, inquit, res se habet si quaeris quid sibi velit cadaveris simulacrum, quod Aegyptii in symposiis convivis ostendere soleant: non est commemoratio Osiridis casuum, sed adhortatio ad convivas ut rebus praesentibus quantum possint utantur. Itaque ἔστιν recte sese habet, vitium contra in posteriore sententiae parte latere

necesse est. Collato Sept. Sap. Conviv. cap. 2 pag. 148 A. B.: ὁ δ'Αἰγύπτιος σκελετός, ὃν ἐπιεικῶς εἰσφέροντες εἰς τὰ συμπόσια προτίθενται καὶ παρακαλοῦσι μεμνῆσθαι τάχα δὴ τοιούτους ἐσομένους, καίπερ ἄχαρις καὶ ἄωρος ἐπίκωμος ἥκων, ὅμως ἔχει τινὰ καιρόν κ. τ. λ., Emper suspicatus est hoc quoque loco nostrum pro οὗ χάριν ἐπὶ κῶμον scripsisse ἄχαριν ἐπίκωμον. Quae tam levis mutatio ad rerum contextum tam apte convenit ut vix dubitari possit quin scriptoris manus restituta sit. Quae cum ita sint, vocabulum οἰομένους loco se tenere non potest. Unde enim accusativus ille? Quem si mutaveris in nominativum omnia recte sese habebunt. Locus igitur sic legatur: ἀλλ' οἰόμενοι παρακαλεῖν αὐτοὺς χρῆσθαι τοῖς παροῦσι . . . ἄχαριν ἐπίκωμον ἐπεισάγουσιν: „sed cum existiment (cadaver) ipsos adhortari ut rebus praesentibus utantur . . . ingratum comissatorem in symposia introducunt".

Medio fere capite pag. 357 E.: οἱ δέ φασιν οὐχ οὕτως (regis filium, quem Isis secum Byblo duxisset, mortuum esse) ἀλλ' ὃν εἴρηται τρόπον ἐμπεσεῖν εἰς τὴν θάλατταν. ἔχει δὲ τιμὰς διὰ τὴν θεόν· ὃν γὰρ ᾄδουσιν Αἰγύπτιοι παρὰ τὰ συμπόσια Μανέρωτα τοῦτον εἶναι.

Pro ἔχει legendum est ἔχειν. Plutarchus enim non e sua ipse persona dicit Manerota propter deam honoribus affectum esse, sed quae alii tradiderunt

exponit, ut ex infinitivo, qui subsequitur, satis apparet.

ad cap. 19 pag. 358 C.

Narrant Aegyptii Osiridem Orco relicto Horum armis exercuisse, quo facto ex eo quaesivisse quid pulcherrimum aestimaret. Horum cum respondisset parentum iniurias ulcisci iterum a patre interrogatum quod animal ad bellum proficiscentibus putaret utilissimum, equum dixisse. Id responsum cum pater miraretur εἰπεῖν οὖν τὸν Ὧρον ὡς λέων μὲν ὠφέλιμον ἐπιδεομένῳ βοηθείας, ἵππος δὲ φεύγοντα διασπάσαι καὶ καταναλῶσαι τὸν πολέμιον.

Miras Horus affert causas cur equus leoni praeferendus sit, cum contendat animal utilissimum esse ad hostem fugientem dilacerandum et absumendum! Id enim magis ad leonis naturam convenit aut lupi, quem Horus Synesio auctore [1]) anteponebat. Fieri igitur non potest quin verba διασπάσαι et καταναλῶσαι corrupta sint, quod omnes viros doctos fugit praeter virum cl. Wyttenbach, qui pro διασπάσαι proposuit διαπρᾶξαι.

Attamen ut διασπάσαι ad tempus missum faciamus, lenissima mutatione vitium, quod in verbo καταναλῶσαι

---

[1]) Synes. de Prov. 1 pag. 115 C. ὅταν Ὥρῳ τῷ παιδὶ γνώμη γένηται συμμαχίαν ἑλέσθαι πρὸ τοῦ λέοντος λύκον.

latet, sanari potest. Cum saepius litteras Π et N [1]), item AI et Ω inter se confundant librarii, pro ΚΑΤΑΝΑΛΩΣΑΙ legendum censeo ΚΑΤΑΠΑΛΑΙΣΑΙ, quae vox quamquam proprie valet *luctando devincere*, ut apud nostrum vit. Thes. cap. 11; 21; etiam omnino *devincere, debellare* significat, cf. vit. Lucull. cap. 20: ὁ Λούκουλλος . . . καλὸν ἡγούμενος μιᾷ ῥύμῃ πολέμου τρεῖς ἐφεξῆς ὥσπερ ἀθλήτης βασιλεῖς καταπαλαῖσαι, ubi haud scio an verba ὥσπερ ἀθλήτης interpolatoris sint; cf. praeterea Plat. de Rep. lib. II cap. 6 pag. 362 D.; Eurip. Iphig. in Aul. vs. 1013.

Maiores difficultates verbum διασπάσαι praebet. Cum autem, ut ex participio φεύγοντι satis apparet, Horus equum leoni anteponat quod eum velocitate superet, rerum contextus verbum desiderat in quo insit vis consequendi. Qua re suspicor Plutarchum scripsisse διῶξαι, quae vox quamquam magis distat a lectione tradita quam correctio viri cl. Wyttenbach, sententiae tamen aptior est.

ad pag. 358 D.

τὸν Τυφῶνα δὲ (Aegyptii narrant) τὴν Ἶσιν δεδεμένον παραλαβοῦσαν οὐκ ἀνελεῖν ἀλλὰ καὶ λῦσαι καὶ μεθεῖναι.

---

[1]) Cf. e. g. Cobet, Observ. Critic. pag. 579, ubi Eurip. Hippol. vs. 891,
ἄναξ, ἀπεύχου ταῦτα πρὸς θεῶν πάλιν
emendatur ἄναξ, ἀνεύχου.

In his καὶ, quod ante λῦσαι positum est, delendum censeo, nisi forte quis putat ex confusione vocabulorum καὶ et ἐκ lectionem corruptam esse, itaque legendum esse ἀλλ' ἐκλῦσαι κ. τ. λ.

ad cap. 20 pag. 358 F.

Fabula enarrata Plutarchus longam seriem interpretationum diversarum tradere incipit, statim tamen improbat atque repudiat eorum sententias, qui omnia quae de dis tradantur, beatae atque sempiternae naturae contingere putent: minime fabulam Aegyptiacam similem esse μυθεύμασιν ἀραιοῖς καὶ διακένοις πλάσμασιν, οἷα ποιηταὶ καὶ λογογράφοι καθάπερ οἱ ἀράχναι γεννῶντες ἀφ' ἑαυτῶν ἀπαρχὰς ἀνυποθέτους ὑφαίνουσι καὶ ἀποτείνουσιν.

Parthey et Bernadacis pro ἀπαρχὰς ἀνυποθέτους dederunt ἀπ' αρχῆς ἀνυποθέτου secuti viros cl. Baxter et Bentley; etiam Hartman vertit: zonder vasten grond. Nihil tamen mutandum esse existimo: nam, ut praetermittam hiatum inter ἀνυποθέτου et ὑφαίνουσι legitimum non esse, vocabulum ἀπαρχὰς sententiae aptissimum est, quippe quod apud recentiores idem valeat atque ἀρχὴ, initium.

ad cap. 22 pag. 359 F.

καὶ τὸ πλοῖον, ὃ καλοῦσιν Ἕλληνες Ἀργώ, τῆς Ὀσίριδος νεὼς εἴδωλον ἐπὶ τιμῇ κατηστερισμένον, οὐ μακρὰν

φέρεσθαι τοῦ Ὠρίωνος καὶ τοῦ Κυνός, ὧν τὸ μὲν Ὥρου τὸ δ' Ἴσιδος ἱερὸν Αἰγύπτιοι νομίζουσιν.

Cum Plutarchus tradat quae Aegyptii memorant, cf. paulo supra, pag. 359 E. ἱστοροῦσι γὰρ Αἰγύπτιοι vix dubitandum est quin vocabulum Αἰγύπτιοι interpolatori debeatur; itaque expungatur.

ad cap. 25 pag. 360 E.

Et Plato et alii philosophi dicunt daemones hominibus natura fortiores esse, τὸ δὲ θεῖον οὐκ ἀμιγὲς οὐδὲ ἄκρατον ἔχοντας, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς φύσει καὶ σώματος αἰσθήσει συνειληχός, ἡδονὴν δεχόμενον καὶ πόνον.

Pro δεχόμενον Euseb. Praep. Ev. V. 5 habet δεχομένην; legendum potius est δεχομένους ut sint daemones, qui voluptatem et laborem sentiant, cf. quae sequuntur: καὶ ὅσα ταύταις ἐγγενόμενα ταῖς μεταβολαῖς πάθη τοὺς μὲν μᾶλλον τοὺς δὲ ἧττον ἐπιταράττει.

ad cap. 28 pag. 362 A.

Priore huius capitis parte Plutarchus somnium enarrat, quo viso rex Ptolemaeus cognomine Soter Ditis signum peramplum ex Ponto Alexandriam asportandum curavit; quo cum sero quidem admodum neque sine providentia divina pervenisset, Timotheum et Manethonem Cerbero et serpenti, dei attributis, inductos Ditis esse signum

coniecisse atque regi persuasisse simulacrum Serapidis [1]) esse; nomen autem Serapidis post adventum Alexandriam deo datum esse: οὐ γὰρ ἐκεῖθεν οὕτως (Markland, libri οὗτος) ὀνομαζόμενος ἧκεν, ἀλλ' εἰς Ἀλεξάνδρειαν κομισθεὶς τὸ παρ' Αἰγυπτίοις ὄνομα τοῦ Πλούτωνος ἐκτήσατο τὸν Σάραπιν. καὶ μέντοι Ἡρακλείτου τοῦ φυσικοῦ λέγοντος Ἀίδης καὶ Διόνυσος ὡυτὸς ὅτεῳ μαίνονται καὶ ληναίζουσι, εἰς ταύτην ὑπάγουσι τὴν δόξαν.

Primum noster dei Serapidis mentionem facit cap. 27, ubi doctrinam tradit eorum, qui perhibent Osiridem et Isidem propter virtutem e bonis daemonibus in deorum numerum receptos esse; neque igitur inepte permixtis deorum et daemonum honoribus coli; potentiam eorum ubicumque valere, plurimum autem apud inferos [2]), οὐ γὰρ ἄλλον εἶναι Σάραπιν ἢ τὸν Πλούτωνά φασι καὶ Ἶσιν τὴν Περσέφασσαν, ὥς Ἀρχέμαχος εἴρηκεν ὁ Εὐβοεὺς καὶ ὁ Ποντικὸς Ἡρακλείδης τὸ χρηστήριον ἐν Κανώβῳ Πλούτωνος ἡγούμενος εἶναι, pag. 361 F. Quamquam aliquid admirationis habet Osiridem tam repente Serapidem appellari, id tamen defendi potest: fuit enim pervulgata opinio

---

[1]) De deo Serapide, cf. Lafaye, Histoire du culte des divinités d'Alexandrie pag. 16 sq.

[2]) In verbis: τιμὰς ἔχουσι (sc. Osiris et Isis) πανταχοῦ μέν, ἐν δὲ τοῖς ὑπὲρ γῆν καὶ ὑπὸ γῆν δυνάμενοι μέγιστον, cum viro cl. Xylandro vocabula ὑπὲρ γῆν καὶ delevimus.

utroque nomen unum eundemque deum significari [1]). Quid vero Heracliti verba dicentis Ditem et Bacchum eundem esse deum sibi velint nemo facile intellegat. Nam ut omittam in Heracliti sententia de Graecis diis agi, quos idem valere σκοτεινὸς ille perhibet, in prioribus proximis nulla mentio facta est de Serapidis sive Ditis et Osiridis sive Bacchi, ut cum nostratibus loquar, „identitate". Cum autem e verbis, quae in fine capitis, pag. 362 B., leguntur: βέλτιον δὲ τὸν Ὄσιριν εἰς ταὐτὰ συνάγειν τῷ Διονύσῳ, τῷ τ' (fort. δ') Ὀσίριδι τὸν Σάραπιν ὅτε τὴν φύσιν μετέβαλε ταύτης τυχόντι τῆς προσηγορίας, appareat suam opinionem Plutarchum opponere opinioni nonnullorum prorsus nihil interesse existimantium inter Serapidis et Osiridis naturam, sicuti Heraclito auctore Dis et Bacchus iidem sunt, neque tamen hanc opinionem noster memoret, mihi persuassimum est aliquot verba inter Σάραπιν et καὶ μέντοι intercidisse, quibus haec opinio contineretur.

ad cap. 29 pag. 362 B.

Οὐ γὰρ ἄξιον προσέχειν τοῖς Φρυγίοις γράμμασιν, ἐν οἷς λέγεται χαροπῶς τοὺς μὲν τοῦ Ἡρακλέους γενέσθαι θυγάτηρ [2]), Ἰσαιακοῦ [3]) δὲ τοῦ Ἡρακλέους ὁ Τυφών.

---

[1]) Cf. Gruppe, Griech. Myth. und Religionsgesch. pag. 1576.

[2]) Venet. θυγατρός.

[3]) Fl. Ἰσαικοῦ.

E Cicerone compertum habemus primo ante Chr. n. saeculo scriptum pervulgatum fuisse, cuius auctor vulgo Hercules deus Aegyptius haberetur, cf. de Nat. Deor. III cap. 16 § 42: Cotta varios Hercules enumerans, alter, inquit, traditur Nilo natus Aegyptius, quem aiunt Phrygias litteras conscripsisse. Praeterquam quod e Plutarcho cognoscimus Herculis in eo progeniem recenseri huius scripti argumentum plane latet. Nam quae Wyttenbach, Animadv. III pag. 211 et Reitzenstein, (Zwei religionsgesch. Fragen pag. 94 et 95) de hac re disseruerunt, mera coniectura nituntur. Praesertim Reitzenstein mirum in modum opinionem suam probare conatur. Dicit enim Φρύγια γράμματα imitationem esse scriptorum Hermeticorum Ptolemaei temporibus conscriptam. Deinde vir cl. Ciceronis loco laudato: er, (sc. Cicero) inquit, hat was er in den Listen der μεριστικοὶ θεολόγοι fand, offenbar selbst nicht mehr verstanden. Die Erklärung giebt Plutarch de Is. et Osir. kap. 29: οὐ γὰρ ἄξιον προσέχειν τοῖς Φρυγίοις γράμμασιν, ἐν οἷς λέγεται Χάροπος μὲν τοῦ Ἡρακλέους γενέσθαι θυγάτηρ Ἶσις, Αἰακοῦ δὲ τοῦ Ἡρακλέους ὁ Τυφών [1]). Es handelte sich offenbar um die Isissage; der aegyptische Heracles wird,

---

[1]) Dat locum secundum correctionem viri cl. Emper, quae quamvis ingeniosa sit, minime tamen textum restituit, imo vero rerum contextum interrumpit, cf. infra.

da der Tempel des Thot-Chonsu zu Theben in der Ptolemaeerzeit als ῾Ηράκλειον bezeichnet wird und die Schrift in dieser Zeit fallen muss, wahrscheinlich diese Nebenfigur des Hermes sein [1]). Praestiterit, nisi fallor, illud „non liquet" pronuntiare.

Verum ut tandem Plutarchi locum attingamus: multi viri docti locum corruptum esse arbitrati diversas correctiones proposuerunt, quas pag. 48 editionis, quam Parthey curavit [2]), recensitas enumerare supersedeo, cum omnes eodem vitio laborent: nimis sc. a verbis traditis distare. Equidem quamquam locum, qualem codices exhibent, sanum non esse suspicor, tamen tam violento remedio opus esse negaverim. Prima loci difficultas est in adverbio χαροπῶς; adiectivum enim, a quo derivatum est, antiquiores de hilari atque ardenti oculorum obtutu, recentiores etiam de colore caeruleo usurpant. Prior significatio, ut de altera taceam, minime convenit ad rerum contextum: non enim *hilariter* res Phrygiarum litterarum auctor tradit, sed cum ex Plutarchi sententia scriptum plane indignum sit in quod animum advertas, adverbium potius desideratur, quo auctoris inscientia vel simile vitium significetur. Quapropter coniecerim nostrum

[1]) Attamen Hercules unus e vetustissimis Aegypti dis est, cf. Herod. II cap. 43 et 145; Diod. Sic. Bibl. I cap. 24; III cap. 73; Macrob. Sat. 1 : 20.

[2]) Plutarch, über Isis und Osiris, nach neuverglichenen Handschriften mit Uebersetzung und Erläuterungen herausgegeben von Gustav Parthey, Berlin 1850.

dedisse μαλ' ἀτόπως, *ineptissime.* Quae mutatio, quamquam arte palaeographica non valde commendatur, tamen ad rerum contextum optime convenit.

Deinde pro θυγάτηρ legatur θυγατρός, quae est lectio codicis Veneti; num in nomine 'Ισαιακοῦ ('Ισαικοῦ) Isidis nomen lateat, alii rerum ad theologiam Aegyptiacam pertinentium peritiores diiudicent; cum autem apud nullum scriptorem traditum sit Isidem Herculis filiam esse [1]), neque quod nomen filii fuerit, quo Typhon sit ortus, praestiterit nihil mutare quam incertum pro incerto subicere, praesertim cum non ita multum intersit ad rerum contextum. Egit enim noster capite proximo de eorum opinione, qui Serapidem eundem quem Osiridem putabant, nec iis tota re assensus est; hoc autem capite disputationem de Serapide persecutus, quae Phrygiae litterae de genere, Phylarchus alii de deo ipso tradunt, refutat.

ad pag. 362 D.

ἐγὼ δέ, εἰ μὲν Αἰγύπτιόν ἐστι τοὔνομα τοῦ Σαράπιδος,

[1]) Isidis pater memoratur:

Mercurius: de Is. et Os. cap. 3; 12; in carmine magico edito a viro cl. v. Herwerden Mnem. 1888 pag. 339.

Promotheus: de Is. et Os. cap. 3; 37; Clem. Alex. Strom. I cap. 21.

Saturnus: Diod. Sic. Bibl. I cap. 27; in hymno Andrio apud Kaibel, Epigramm. Graec. n^{0}. 1028 vs. 15.

Uranus, Noctis filius, Kaibel, Epigr. Graec. n^{0}. 1029 vs. 6.

εὐφροσύνην αὐτὸ δηλοῦν οἴομαι καὶ χαρμοσύνην, τεκμαιρόμενος ὅτι τὴν ἑορτὴν Αἰγύπτιοι τὰ χαρμόσυνα ΣΑΙΡΕΙ καλοῦσιν.

In his aut τὴν ἑορτὴν deleatur et τὰ χαρμόσυνα in suum locum restituatur, h. e. ante Αἰγύπτιοι reponatur, aut legatur τὴν τῶν χαρμοσύνων ἑορτήν, cf. cap. 36 pag. 365 B.: τὴν τῶν Παμυλίων ἑορτήν.

ad cap. 32 pag. 363 E.

Hoc capite Plutarchus fabulae interpretationem exponit eorum, qui ex iis, qui magis ad philosophiae rationem interpretari videntur [1]), simplicissimi sunt. Hi autem perhibent Osiridem esse Nilum, Isidem terram, Typhonem mare, quo Nilus divellatur et tollatur ea tamen parte excepta, quae terra excipiatur eamque fecundam reddat, καὶ θρῆνός ἐστιν ἱερὸς ἐπὶ τοῦ Κρόνου γενόμενος, θρηνεῖ δὲ τὸν ἐν τοῖς ἀριστεροῖς γενόμενον μέρεσιν, ἐν δὲ τοῖς δεξιοῖς φθειρόμενον.

Nenia iisdem verbis memoratur Quaest. Conviv. VIII: 8 cap. 2 pag. 729 B.; Theon grammaticus unam veram esse contendit causam cur sacerdotes Aegyptii a sale abstineant: odium scilicet maris, quod hominum naturae prorsus inimicum esse existiment [2]);

---

[1]) Pro δυναμένων, quae codicum lectio est, legatur δοκούντων, ut apud Euseb. Praep. Evang. III: 3.

[2]) Cf. de Is. et Osir. cap. 7 in fine.

neque eos putare deos e mari nutriri, verum in eo periisse regionis patrem atque sospitatorem, quem Osiridis emanationem appellent, καὶ θρηνοῦντες τὸν ἐν τοῖς ἀριστεροῖς μέρεσι γεννώμενον, ἐν δὲ τοῖς δεξιοῖς φθειρόμενον, αἰνίττονται τὴν τοῦ Νείλου τελευτὴν καὶ φθορὰν ἐν τῇ θαλάττῃ γιγνόμενον. Hic locus procul dubio virum cl. Squire adduxit ut pro γενόμενον, quod Bernadacis in γιγνόμενον mutat, γεννώμενον neque sine veritatis specie daret. Sed hoc levius est, gravius vero vitium latet in prioribus. Quid enim sibi volunt verba καὶ θρῆνός ἐστιν ἱερὸς ἐπὶ τοῦ Κρόνου γενόμενος: „est sacra nenia de Saturno”? Nulla enim in proximis Saturni dei Aegyptii mentio facta est, verum Nili vel potius Osiridis, quem Nilum esse putant. Qua re alii alia ad textum emendandum proposuerunt: Reiske ἐπὶ τοῦ Νείλου διασπωμένου ὑπὸ τοῦ Κρόνου, quae coniectura iam ideo improbanda est quod Osiris h. e. Nilus a Typhone sive mari tollitur et divellitur, cf. quae antecedunt; Semler ἐπὶ τοῦ χρόνου, quod quid sibi velit non intellego; melius Squire Ὀσίριδος pro Κρόνου proponens, cui Wyttenbach assentitur [1]). Attamen quamquam quod vir cl. proposuit optime ad sententiam quadrat, longius tamen abest a textu tradito, quod idem cadit in ἐπὶ τοῦ Νείλου, quae est emendatio

---

[1]) Animadv. III pag. 215.

virorum cl. Mezeriacus et Kaltwasser, qui idem praetermiserunt Aegyptios nenia illa Nilum non suo sed Osiridis nomine lamentari; quod nisi ita esset lamentatio fabulae interpretationi argumento esse non posset.

Cum igitur orationis contextus Osiridis mentionem flagitet, codices autem omnes lectionem Κρόνου exhibeant, explorare iam opus est an forte Osiris cum Saturno cognatione coniunctus sit. Secundum virum cl. Parthey Osiris in inscriptionibus hieroglyphicis semper Sebis et Netpae filius appellatur[1]), quorum ille idem qui Saturnus sit; item Manetho in libro, cui titulus Αἰγυπτιακά, deos Aegypti reges recensens Osiridem Saturni successorem fuisse tradit, cf. Fragm. Hist. Graec. II Maneth. fragm. 1; 3; etiam scriptoribus Graecis haec genealogia nota fuit, cf. Diod. Sic. Bibl. 1 cap. 13.

Quae cum ita sint, vix dubitandum est quin Plutarchus Osiridem filium Saturni appellans scripserit θρῆνος . . . ἐπὶ τῷ ⟨ἐκ⟩ Κρόνου γεγενημένῳ. Saepius enim apud nostrum pro *liberis* legitur οἱ ἔκ τινος γεγενημένοι vel γεγονότες, cf. vit. Lys. cap. 26; Alex. cap. 37; Cicer. cap. 11, alia.

Quod autem Plutarchus rettulit cap. 12 Osiridem

---

[1]) Cf. editionis ejus pag. 190; cf. Sayce, the Relig. of anc. Egypt and Babyl. pag. 129: Seb was known in later days chiefly as the father of Osiris.

Solis filium esse, id si rem paulo diligentius consideraveris, impedimento iam esse non poterit. Tradit enim fabulam qualem *eius aetatis* homines narrare solebant, e variis fabulis conglutinatam, cui commixta erant quae vulgo circumferebantur, neque iis tempus neque locus idem erat, cf. Sayce, the Relig. of anc. Egypt and Babyl. pag. 153: The legend of Osiris as it existed at the end of the first century is recorded by Plutarch. It has been pieced together from the myths and folktales of various ages and various localities that were current about the god.

ad cap. 34 pag. 364 D.

καὶ γὰρ τὸν Ὄσιριν Ἑλλάνικος Ὕσιριν ἔοικεν (sic Valckenaer; codices ἔθηκεν) ἀκηκοέναι ὑπὸ τῶν ἱερέων λεγόμενον· οὕτω γὰρ ὀνομάζων διατελεῖ τὸν θεόν, εἰκότως ἀπὸ τῆς φύσεως καὶ τῆς εὑρέσεως.

De nominis Ὕσιρις forma Parthey pag. 227 haec: Die Bemerkung des Hellanicus . . . verdient um so mehr Beachtung da . . . in der That Hysiris der Aussprache des hieroglyphischen Namens Osiris am nächsten zu kommen scheint.

Verba τῆς φύσεως καὶ τῆς εὑρέσεως, pro quibus codex Florent. G. habet τῆς ἐφέσεως καὶ τῆς εὑρήσεως, multi viri docti emendare temptaverunt: Markland τῆς ὑγρᾶς φύσεως (ὕσεως) καὶ τῆς ὑγρασίας; Squire τῆς φύσεως τῆς ὑγρᾶς; Reiske τῆς ὕσεως καὶ τῆς

ὑγρεύσεως; van Herwerden [1]) τῆς ὕσεως καὶ τῆς ῥύσεως; quem Bernadacis, Symb. pag. 72, secutus est; Holwerda memor loci, qui cap. 26 pag. 361 A., exstat: ὡς τῶν δαιμόνων μικτὴν καὶ ἀνώμαλον φύσιν ἐχόντων καὶ προαίρεσιν proposuit τῆς φύσεως καὶ προαιρέσεως.

Duplex harum emendationum ratio est: alii pro vocabulo εὑρέσεως, quod hoc loco omnino sensu careat, vocabula proposuerunt, quibus notio imbuendi insit; alii rati Plutarchum dei naturam etymologia nominis explicare posteriorem eius partem, ΡΙΣ, a verbo ῥεῖν deduxerunt. Et profecto Plutarchus non solum Graecorum deorum nomina explicare eorumque origines sedulo exquirere studet sed etiam barbarorum ut ad Graecam originem redigat maxime dat operam [3]). Est tamen quod nostro quidem loco huic opinioni obstet. Plutarchus enim, cum Osiridis nomen explicat, semper in ΟΣ et ΙΡΙΣ dividit, cf. cap. 10 pag. 355 A.: ἔνιοι δὲ καὶ τοὔνομα διερμηνεύουσι πολυόφθαλμον, ὡς τοῦ μὲν ΟΣ τὸ πολύ, τοῦ δ' ΙΡΙ τὸν ὀφθαλμὸν Αἰγυπτίᾳ γλώσσῃ φράζοντος, cap. 61 pag. 375 E.: ὁ δ' Ὄσιρις ἐκ τοῦ ὁσίου καὶ ⟨τοῦ⟩ ἱεροῦ τοὔνομα μεμιγμένον ἔσχηκεν.

Quae cum ita sint, conamina illa irrita fuisse

---

[1]) Mnemos. 1890 pag. 385.
[2]) Cf. e. g. cap. 34; 75.
[3]) Cf. e. g. cap. 2; 29; 46; 60.

nemo negabit. Neque mihi perspicuum est quid vitii in vocabulo φύσεως lateat. Sapientiores enim sacerdotes si audis, Osiris est omne principium humectandi facultate praeditum, cf. cap. 33 pag. 364 A.: οἱ δὲ σοφώτεροι τῶν ἱερέων οὐ μόνον τὸν Νεῖλον Ὄσιριν καλοῦσιν . . . ἀλλ' Ὄσιριν μὲν ἁπλῶς ἅπασαν τὴν ὑγροποιὸν ἀρχὴν καὶ δύναμιν, αἰτίαν γενέσεως καὶ σπέρματος οὐσίαν νομίζοντες. Quodsi Plutarchus nomen quod est Ὕσιρις ab eadem radice qua verbum ὕειν derivatum putat, quid mirum eum contendere sacerdotes Aegyptios deum a natura eius Ὕσιριν appellare? Sanum igitur esse videtur vocabulum φύσεως, vitium in vocabulo εὑρέσεως latet dumtaxat, quod levi mutatione me sublaturum esse spero. Pro ΕΥΡΕΣΕΩΣ legatur ΑΙΡΕΣΕΩΣ, quod vernacula lingua vertas: *karakter, aard.* Sic apud Cornutum reperies [1]) τὴν τῆς οὐσίας αἵρεσιν, neque ulla causa est cur cum viro cl. Wyttenbach conicias κρᾶσις vel ῥεῦμα.

Obiter mihi liceat locum Sexti Empirici eodem vitio laborantem emendare. Qui libri, cui titulus *Adversus Grammaticos* cap. 2, duplicem artis grammaticae rationem esse contendit: alteram, quae sit ars quaedam legendi et scribendi, τῆς δὲ βαθυτέρας

---

[1]) Cornut. de Nat. Deor. pag. 18, 19, ed. Osan: Ἔοικε δ' αὕτη (sc. Rhea) καὶ ἡ παρὰ Σύροις Ἀρταγατῖς εἶναι, ἣν καὶ διὰ τὸ περιστερᾶς καὶ ἰχθύος ἀπέχεσθαι τιμῶσι, σημαίνοντες ὅτι τὰ μάλιστα δηλοῦντα τὴν τῆς οὐσίας *αἵρεσιν* ἀὴρ καὶ ὕδωρ ἐστίν.

παρὰ ταύτην δυνάμεως οὐχ ἐν ψιλῇ γραμμάτων γνώσει κειμένης, ἀλλὰ κἂν τῷ ἐξετάζειν τὴν εὕρεσιν αὐτῶν καὶ τὴν φύσιν. Procul dubio etiam hoc loco pro εὕρεσιν legendum est αἵρεσιν.

ad cap. 35 pag. 364 E. F.

Osiridem eundem deum quem Dionysum esse vel ex iis apparet, quae sacerdotes Aegyptii taurum Apim sepelientes faciunt; quae nihil differunt a bacchatione, καὶ γὰρ νεβρίδας περικαθάπτονται καὶ θύρσους φοροῦσι, καὶ βοαῖς χρῶνται καὶ κινήσεσιν ὥσπερ οἱ κάτοχοι τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον ὀργιασμοῖς. διὸ καὶ ταυρόμορφον Διόνυσον ποιοῦσιν ἀγάλματα πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων.

Ceterum nisi quis putat verba διὸ καὶ ταυρόμορφα Διονύσου ποιοῦσιν ἀγάλματα πολλοὶ τῶν Ελλήνων — sic enim secundum lenissimam correctionem viri cl. Markland legenda sunt — interpolatoris esse, qui ea sequentibus apposuit, ΔΙΟ, cuius vocabuli vis consecutiva est, corrigatur in ΕΤΙ. Nimirum affertur alterum argumentum de Osiridis et Dionysi similitudine.

ad cap. 36 pag. 365 B.

καὶ θρύῳ βασιλέα καὶ τὸ νότιον κλίμα τοῦ κόσμου γράφουσι καὶ μεθερμηνεύεται τὸ θρύον ποτισμὸς καὶ κύησις (sic Xylander pro κίνησις) πάντων καὶ δοκεῖ γεννητικῷ μορίῳ τὴν φύσιν ἐοικέναι.

θρύῳ, θρύον optima correctio viri cl. Wyttenbach est pro θρίῳ, θρῖον, quod codices habent: θρύον frequentissime invenitur in paludibus Nilo adiacentibus, cf. Diod. Sic. Bibl. III cap. 20. Falso contra hoc vocabulum videtur traditum esse de Is. et Os. cap. 80, ubi rebus, quibus componitur suffimentum κῦφι, adnumeratur. Praestat, nisi fallor, θύου, quod nomen arboris est, cuius lignum propter odorem veteres cremabant, cf. Hesych, s. v. θύον; Theophr. Hist. Plant. V cap. 3 § 6; Plin. Hist. nat. XIII cap. 16.

At — ut ad locum unde digressi sumus redeamus — haud facile quis explicabit quo modo τὸ θρύον *natura* genetali membro simile esse possit. Quandoquidem in omnibus rebus ad cultum pertinentibus vis secreta atque notio inest, thryon porro Aegyptii irrigationem omniumque animantium graviditatem ac feturam interpretantur, *significatio* huius plantae eadem esse quae pudendorum videtur. Itaque pro ΤΗΝ ΦΥΣΙΝ legatur ΤΗΝ ⟨ΕΜ⟩ΦΑΣΙΝ.

ad pag. 365 C.

καὶ γὰρ ὁ προστιθέμενος τῷ μύθῳ λόγος [1]) ὡς τοῦ Ὀσίριδος ὁ Τυφὼν τὸ αἰδοῖον ἔρριψεν εἰς τὸν ποταμόν, ἡ δ' Ἶσις οὐχ εὗρεν ἀλλ' ἐμφερὲς ἄγαλμα θεμένη καὶ κατασκευάσασα τιμᾶν καὶ φαλληφορεῖν ἔταξεν, ἐνταῦθα δὲ

[1]) Cf. cap. 18 pag. 358 B.

παραχωρεῖ διδάσκων ὅτι τὸ γόνιμον καὶ τὸ σπερματικὸν τοῦ θεοῦ πρώτην ἔσχεν ὕλην τὴν ὑγρότητα κ. τ. λ.

Pro δὲ παραχωρεῖ Madvig proposuit δὴ περιχωρεῖ, *per ambages redit*; neque tamen locus sic persanatus est; quid enim sibi vult ἐνταῦθα? Itaque Reiske, quem haec difficultas non fugiebat, pro ἐνταῦθα legendum censuit ἐνθάδε; mihi magis placet εἰς ταὐτά. Ex humore, qui Osiridis emanatio esse putatur, omnes res nascuntur, in primis terra, aer, ignis, cf. verba priora proxima. *Idem* autem docet narratio fabulae inserta, quae per ambages ad *eandem* explicationem redit.

ad cap. 37 pag. 365 E.

Ἀρίστων τοίνυν ὁ γεγραφὼς Ἀθηναίων ἀποικίας ἐπιστολῇ τινι Ἀλεξάρχου περιέπεσεν, ἐν ᾗ Διὸς ἱστορεῖται καὶ Ἴσιδος υἱὸς ὢν ὁ Διόνυσος ὑπ' Αἰγυπτίων οὐχ Ὄσιρις ἀλλ' Ἀρσάφης ἐν τῷ ἄλφα γράμματι λέγεσθαι, δηλοῦντος τὸ ἀνδρεῖον τοῦ ὀνόματος.

Valckenaer pro περιπέσειε νηΐδος, quae verba omni sensu carent, lenissima correctione restituit περιέπεσεν ἐν ᾗ Διός.

Nomen Ἀρσάφης Squire mutandum censet in Ασιρις et habet sane speciem veritatis Plutarchum ita scripsisse, siquidem verba ἐν τῷ ἄλφα γράμματι, *incipiens a littera alpha*, sequuntur. Quia autem Ἀρσάφης Graeca nominis forma est, quod Aegyptiace

sonat Ḥaršaf, Ḥaršfy, Ḥaršfi, Ḥaršaft[1]), scriptura tradita retinenda est, verba contra ἐν τῷ ἄλφα γράμματι delenda sunt, quod iam vidit Reiske.

ad cap. 38 pag. 365 F.

Τῶν δ' ἄστρων τὸν Σείριον Ἴσιδος νομίζουσιν ὑδραγωγὸν ὄντα.

Quidquid Wyttenbach, Animadv. III pag. 223 contra correctionem viri cl. Squire dixit, hunc tamen optime pro Ἴσιδος proposuisse Ὀσίριδος e rerum contextu satis apparet. Exponit enim Plutarchus inde a cap. 33 eorum opinionem, qui Osiridem humectandi principium existimabant. Praeterea cf. quae cap. 52 pag. 372 D. leguntur: εἰσὶ γὰρ οἳ τὸν Ὄσιριν ἄντικρυς ἥλιον εἶναι καὶ ὀνομάζεσθαι Σείριον ὑφ' Ἑλλήνων λέγοντες.

ad pag. 366 A.

Ut Nilum Osiridis emanationem, ita corpus Isidis terram vocant et existimant non universam quidem, verum eam partem, quam Nilus inundat, ἐκ δὲ τῆς συνουσίας ταύτης γεννῶσι τὸν Ὧρον. ἔστι δ' Ὧρος ἡ πάντα σῴζουσα καὶ τρέφουσα τοῦ περιέχοντος ὥρα καὶ κρᾶσις ἀέρος.

In his pro γεννῶσι legatur γεννᾶσθαι, pertinent enim haec verba ad praecedentia λέγουσι, quae correctio viri cl. Wyttenbach pro ἔχουσι est, et

[1]) Cf. Paul-Wiss. Real-Enc. II pag. 1271.

νομίζουσι. In postremis vocabulum ἀέρος cum viro cl. v. Herwerden delendum est[1]). Plutarcho enim sollemne est spatium, quo mundus circumscribitur, appellare τὸν περιέχοντα, cf. h. l. cap. 65 pag. 377 B.; Quaest. Conviv. VI: 2 : 2 pag. 688 A.; vit. Caes. cap. 69; vit. Alex. cap. 52, ubi quoque habes ὥρα καὶ κρᾶσις τοῦ περιέχοντος; vit. Poplic. cap. 38, alios locos, quos Wyttenbach collegit [2]), e quibus unus tantum eodem vitio laborat, de fac. in orbe lun. cap. 22 pag. 941 F.: ἡ πραότης τοῦ περιέχοντος [ἀέρος].

ad pag. 366 C.

In libris, quibus titulus διαδοχαὶ τῶν βασιλέων, Aegyptii tradunt Nephthyn cum Typhone nuptam sterilem (στεῖραν) fuisse, εἰ δὲ τοῦτο μὴ περὶ γυναικὸς ἀλλὰ περὶ τῆς θεοῦ λέγουσιν, αἰνίττονται τὸ παντελὲς τῆς γῆς ἄγονον καὶ ἄκαρπον ὑπὸ στερρότητος.

Pro παντελὲς Wyttenbach, Animadv. III pag. 224 coniecit ἁλιτενές, *maritima, iuxta mare extensa pars Aegypti;* idem pro στερρότητος proposuit στειρότητος. Neutrum mihi placet; nam τὸ παντελὲς (praestiterit, ni fallor, παντελῶς) τῆς γῆς ἄγονον καὶ ἄκαρπον idem valet quod τὴν παντελῆ ἀγονίαν καὶ ἀκαρπίαν τῆς γῆς, ut iam Bernadacis monuit. Deinde

[1]) Mnemos. 1890 pag. 385.
[2]) In libro, cui titulus *Index Plutarchi.*

neque στερρότητος neque στειρότητος ad rerum contextum convenit. Collatis autem quae paulo superius noster dixit, pag. 366 B.: ὅταν δ'ὑπερβαλὼν καὶ πλεονάσας ὁ Νεῖλος ἐπέκεινα πλησιάσῃ τοῖς ἐσχατεύουσι τοῦτο μῖξιν Ὀσίριδος πρὸς Νέφθυν καλοῦσιν, ὑπὸ τῶν ἀναβλαστανόντων φυτῶν ἐλεγχομένην, quaeque initio cap. 39 exstant: Ἡ δὲ Τυφῶνος ἐπιβουλὴ καὶ τυραννὶς αὐχμοῦ δύναμις ἦν, κ. τ. λ. vix dubitandum est quin Plutarchus scripserit ξηρότητος, *siccitatis.*

ad cap. 39 pag. 366 C. D.

ὅταν γὰρ αὗται (sc. αἱ πνοιαὶ νότιοι) τῶν ἐτησίων ἐπικρατήσωσι . . . κατέχων ὁ Τυφὼν ἐπιφλέγει καὶ τότε κρατήσας παντάπασι τὸν Νεῖλον . . . ἐξέωσεν εἰς τὴν θάλασσαν.

Pro ἐξέωσεν legendum est ἐξωθεῖ ut congruat cum praecedenti ἐπιφλέγει. Eiusdem verbi corrigatur vitiosa aoristi forma, quae cap. 40 pag. 367 B. exstat: ὁ Νεῖλος ἐξ[ε]ώσας τὴν θάλασσαν ἀνέφηνε. . .

ad cap. 42 pag. 367 E.

Ἑβδόμῃ <δ'> ἐπὶ δέκα τὴν Ὀσίριδος γενέσθαι τελευτὴν Αἰγύπτιοι μυθολογοῦσιν, ἐν ᾗ μάλιστα γίγνεται πληρουμένη κατάδηλος ἡ πανσέληνος.

Reiske post δέκα inserendum censet τοῦ Ἀθύρ, qui mensis est, quo Osiris interiit, cf. cap. 13 pag. 356 C. Cum autem, ut recte monuit Parthey,

l. l. pag. 238, in huius fabulae interpretatione [1]) non id intersit quo mense, verum quo die Osiris mortuus sit, haec verba addere minime necesse habemus.

Grave contra vitium latet in proximis, quod primus vidit Wyttenbach. Qui Animadv. III pag. 228 recte observat: „Nec plena luna pertinet ad obitum Osiridis, quem potius decrescente vel obscurata luna significari par erat, nec dies decimus septimus is est quo luna maxime plena apparet, sed is quo primum apparet eam aliquid ex rotunda figura amittere et initium facere decrescendi. Igitur hic locus talem quandam scripturam desiderat: ἐν ᾗ μάλιστα γίνεται ⟨μετὰ τὴν πλήρωσιν⟩ μειουμένη κατάδηλος ἡ πανσέληνος".

Haec autem lectio, quamvis optime ad sententiam conveniat, adeo nihil respicit ad traditam ut hoc uno nomine se ipsa condemnet. Cum autem nonnumquam litterae ΠΛ et Μ inter se confunduntur, haud scio an noster, ut Wyttenbach coniecit, dederit γίγνεται μ ε ι ουμένη, quam lectionem, ut nunc video, etiam Hartman commendat.

ad cap. 45 pag. 369 A.

Ὅθεν οὐκ ἀπέοικεν εἰπεῖν ὡς ἰδίᾳ μὲν οὐκ ὀρθῶς ἕκαστος, ὁμοῦ δὲ πάντες ὀρθῶς λέγουσιν. οὐ γὰρ αὐχμὸν

[1]) Cf. cap. 41 pag. 367 C. D.: οἱ δὲ τοῖσδε τοῖς φυσικοῖς καὶ τῶν ἀπ' ἀστρολογίας μαθημάτων ἔνια μιγνύντες Τυφῶνα μὲν οἴονται τὸν ἡλιακὸν κόσμον, Ὄσιριν δὲ τὸν σεληνιακὸν λέγεσθαι.

οὐδ' ἄνεμον οὐδὲ θάλασσαν ουδὲ σκότος, ἀλλὰ πᾶν ὅσον ἡ φύσις βλαβερὸν καὶ φθαρτικὸν ἔχει μόριον τοῦ Τυφῶνός ἐ σ τ ι ν.

De Typhonis natura, cf. Ed. Meyer, libri, qui inscribitur: Set-Typhon, eine religionsgesch. Studie pag. 24: „Die einfachen und durchsichtigen Angaben des Totenbuchs über die Mythen von Set lassen, so scheint mir, keinen Zweifel mehr übrig über seine Grundbedeutung: die finstere, vernichtende Macht, welche den Lichtgöttern Verderben und Tod droht."

Ut soloecismus tollatur, Baxter postremum ἐστιν in εἶναι mutandum censuit, Bernadacis proposuit ἐστιν ⟨εἰπεῖν⟩, quam tamen lectionem ut minus certam in textum non recepit. Mihi Plutarchus potius scripsisse videtur Τυφῶνος ⟨νομιστέον⟩, cuius verbi posterior pars postquam prior cum genitivo ΤυφῶΝΟΣ confusa est, in vitiosum ἐστιν abiit.

pag. 369 B. C.

διὸ καὶ παμπάλαιος αὕτη κάτεισιν ἐκ θεολόγων καὶ νομοθετῶν εἴς τε ποιητὰς καὶ φιλοσόφους δόξα τὴν ⟨μὲν⟩ ἀρχὴν ἀδέσποτον ἔχουσα, τὴν δὲ πίστιν ἰσχυρὰν καὶ δυσεξάλειπτον, οὐκ ἐν λόγοις μόνον οὐδ' ἐν φήμαις ἀλλ' ἔν τε τελεταῖς ἔν τε θυσίαις καὶ βαρβάροις καὶ Ἕλλησι πολλαχοῦ περιφερομένη ὡς οὔτ' ἄνουν καὶ ἄλογον καὶ ἀκυβέρνητον αἰωρεῖται τῷ αὐτομάτῳ τὸ πᾶν, οὔτε εἷς

ἐστιν ὁ κρατῶν καὶ κατευθύνων ὥσπερ οἴαξιν ἢ τισι πειθηνίοις χαλινοῖς λόγος, ἀλλὰ πολλὰ καὶ μεμιγμένα κακοῖς καὶ ἀγαθοῖς· μᾶλλον δὲ μηδέν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἄκρατον ἐνταῦθα τῆς φύσεως φερούσης οὐ δυοῖν πίθων εἷς ταμίας ὥσπερ νάματα τὰ πράγματα καπηλικῶς διανέμων ἀνακεράννυσιν ἡμῖν, ἀλλά . . .

μὲν ante ἀρχὴν ipse inserui ut τὴν ΔΕ πίστιν oppositum sit; περιφερομένη correctio est viri cl. Holwerda [1]), quam Bernadacis in textum recepit.

Plutarchus postquam in priore capitis parte sententias Democriti, Epicuri, Stoicorum improbavit, quippe qui nulla ratione explicaverint quae causa mali sit, suam iam opinionem de mundi procreatione atque gubernatione exponit: duo esse videlicet principia adversa, e quibus omnia oriantur, cf. infra: ἀπὸ δυοῖν ἐναντίων ἀρχῶν καὶ δυοῖν ἐναντίων δυνάμεων . . . ὅ τε βίος μικτὸς ὅ τε κόσμος, quam opinionem in capitibus, quae sequuntur, doctrina magorum [2]), Chaldaeorum [3]), Graecorum [4]), confirmare studet. Quo autem magis Stoicorum doctrinae levitatem ostendat, rationem illam Stoicam comparat cum dispensatore, qui cauponis instar hominibus bona et mala e duobus doliis dispertit, comparatione

---

[1]) Libri: *περιφερομένην*.
[2]) Cap. 46, 47.
[3]) Cap. 48.
[4]) Cap. 48.

desumpta ex Hom. Il. XXIV vs. 529, 530:

> δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει
> δώρων, οἷα δίδωσι, κακῶν, ἕτερος δὲ ἑάων.

quos versus τῶν ἀτόπως περὶ τοῦ Διὸς λέγεσθαι δοκούντων esse Plutarchus dicit Quom. adul. poet. aud. deb. cap. 6 pag. 24 A. B. Ceterum verba ἀλλὰ πολλὰ καὶ μεμιγμένα κακοῖς καὶ ἀγαθοῖς verborum contextum interrumpunt; aut secernenda igitur sunt aut post φερούσης transponenda.

ad cap. 47 pag. 370 A.

Etiam apud Persas multa fabulosa de diis traduntur; quorum exemplum noster affert sex bonos deos ab Horomaza procreatos esse, malos totidem ab Arimanio: εἶθ' ὁ Ὡρομάζης τρὶς ἑαυτὸν αὐξήσας ἀπέστησε τοῦ ἡλίου τοσοῦτον, ὅσον ὁ ἥλιος τῆς γῆς ἀφέστηκε καὶ τὸν οὐρανὸν ἄστροις ἐκόσμησεν.

In his ἀπέστησε corrigatur in ἀπέστη: forma enim aoristi reflexivi opus esse ex rerum contextu satis apparet.

In fine fere eiusdem capitis Theopompo auctore traditur magos narrare utrumque deum modo tria milia annorum regnare modo domari, deinde eos totidem annos inter se pugnare, τέλος δὲ ἀπολείπεσθαι τὸν Ἅιδην καὶ τοὺς μὲν ἀνθρώπους εὐδαίμονας ἔσεσθαι μήτε τροφῆς δεομένους μήτε σκιὰν ποιοῦντας. τὸν δὲ ταῦτα

μηχανησάμενον θεὸν ἠρεμεῖν καὶ ἀναπαύεσθαι χρόνον [1]) καλῶς μὲν οὐ πολὺν τῷ θεῷ ὥσπερ ἀνθρώπῳ κοιμωμένῳ μέτριον.

Pro ἀπολείπεσθαι Markland et Reiske proposuerunt ἀπολεῖσθαι, quam correctionem valde miror a viro cl. Bernadacis in textum receptum non esse; sententia enim, ut in sequentibus ἔσεσθαι legitur, ita hoc loco infinitivum futuri requirit.

Quod autem Bernadacis proposuit τὸν Ὡρομάζην pro τὸν Ἅιδην, id plane falsum est. Malum enim principium tandem aliquando superabitur et peribit; id magi Arimanium appellant; quapropter τὸν Ἀρειμάνιον pro τὸν Ἅιδην restitui absurdum quidem non est, an vero necesse sit vehementer dubito, cum etiam cap. 46 pag. 369 E. Arimanius a Plutarcho Hades vocetur: πόαν γάρ τινα κόπτοντες μῶλυ καλουμένην ἐν ὅλμῳ τὸν Ἅιδην ἀνακαλοῦνται καὶ τὸν σκότον.

Ultima quae transcripsi verba variis modis viri docti emendare conati sunt: Markland ἄλλως μὲν οὐ πολὺν ὡς τῷ θεῷ, ὡς δ᾽ἀνθρώπῳ κοιμωμένῳ μέτριον; Reiske, quem Bernadacis secutus est: ἄλλως μὲν οὐ πολὺν ὡς θεῷ, ὥσπερ δ᾽ἀνθρώπῳ κοιμωμένῳ μέτριον; Wyttenbach, quem Hartman sequitur: ὡς μὲν ἀνθρώπῳ κοιμωμένῳ πολύν, ὡς δὲ θεῷ μέτριον; v. Herwerden supplevit ... ἀνθρώπῳ κοιμωμένῳ <οὐ> μέτριον; fuerunt etiam qui vocabulo καλῶς tantum mutando locum

[1]) Cod. G. habet χρόνῳ.

sanatum fore putarent: Baxter: ἄλλῳ; Fähse: ἁπλῶς; Böttcher: ἀναλόγως. Ego suspicor — nam pro re certa ponere quis audeat? — nostrum dedisse: καθὼς μὲν τῷ θεῷ οὐ πολύν, ὥσπερ <δ'> ἀνθρώπῳ κοιμωμένῳ μέτριον. καθὼς legitur in Theopompi fragmento [1]), τῷ θεῷ ante οὐ πολὺν posui, etiam inter ὥσπερ et ἀνθρώπῳ inserui particulam δέ, ut μὲν primae sententiae parti oppositum sit.

ad cap. 48 pag. 370 D.

Chaldaeorum doctrina paucis verbis memorata Plutarchus Graecos enumerat philosophos, quorum doctrina cum vulgi opinionibus congruit. Incipit ab Heraclito. Is aperte bellum omnium rerum regem atque dominum appellat et Homerum perstringit precantem:

ὡς ἔρις ἔκ τε θεῶν ἔκ τ᾽ἀνθρώπων ἀπόλοιτο

λανθάνειν φησί (sc. Heraclitus) τῇ πάντων γενέσει καταρώμενον, ἐκ μάχης καὶ ἀντιπαθείας τὴν γένεσιν ἐχόντων, ἥλιον δὲ μὴ ὑπερβήσεσθαι τοὺς προσήκοντας ὅρους· εἰ δὲ μή, Λύττας μιν Δίκης ἐπικούρους ἐξευρήσειν.

Bernadacis viri cl. Buttmann emendatione in textum recepta edidit Λύττας, omnes codices contra γλώττας habent. Quare magis probabile est nostrum dedisse Κλῶθας, ut iam vidit Schuster [2]).

[1]) Cf. Fragm. Hist. Graec. I Theop. fragm. 72.
[2]) P. Schuster, Heraclit. v. Eph. in Actis soc. phil. Lips. 1873 III pag. 184.

ad cap. 50, pag. 371 C. D.

In urbe, cui nomen Hermupolis, Typhonis simulacrum ostendunt hippopotami forma indutum, cuius in tergo accipiter cum serpente pugnans conspicitur: τῷ μὲν ἵππῳ τὸν Τυφῶνα δεικνύντες, τῷ δ' ἱέρακι δύναμιν καὶ ἀρχήν, ἣν βίᾳ κτώμενος ὁ Τυφὼν πολλάκις οὐκ ἀνιᾶται ταραττόμενος ὑπὸ τῆς κακίας καὶ ταράττων.

Quamquam diserte non memoratur, tamen e verbis ταραττόμενος ὑπὸ τῆς κακίας καὶ ταράττων satis apparet serpentis imagine designari malitiam, quae Typhonem impedit quominus potentia atque regno fruatur. In textu vero qualem nunc habemus contrarium legitur: Typhon οὐκ ἀνιᾶται τῇ ἀρχῇ καὶ τῇ δυνάμει: *regnum atque potentia ei molestiae non est.* Quare fieri non potest quin vocabulum ἀνιᾶται falso traditum sit. Quod qui intellexerunt varia proposuerunt: Markland οὐ⟨κ⟩ ἀνίεται; Reiske οὐ παύεται; Wyttenbach αὖ κινεῖται vel ἐξίσταται; Holwerda ὧν (aut, quod fortasse praestat, οὗ) βίᾳ χρώμενος ὁ Τυφὼν . . . οὐκ ἀνίεται vertens „a quibus (a quo) Typhon, licet saepius vi utatur, non liberatur, qui Typhon malitia sua perturbatur et (alios) perturbat". Ex his correctio viri cl. Markland proxime ad lectionem traditam accedit, vereor tamen ne sententiam, quae desideratur, non restituat. Neque enim Typhon adversus malitiam regnum et potentiam non relaxat, sed ipsa malitia, quae eius indoles

atque ingenium est, qua ipse turbatur et alios turbat, ne regnum consequatur obstat. Una tamen littera n correctione viri cl. Markland mutata lectionem restitutam habebis: non ἀνΙεται, verum ἀνΥεται scripsit Plutarchus. Quod verbum optime ad sententiam convenit: accipitre qui Hermupolin incolunt indicant potentiam et regnum, quod Typhon, quamvis saepius vi petat, non adipiscitur, cum ipse perturbetur aliosque perturbet.

ad cap. 51 pag. 371 E.

Τὸν δ' Ὄσιριν αὖ πάλιν ὀφθαλμῷ καὶ σκήπτρῳ γράφουσιν, ὧν τὸ μὲν τὴν πρόνοιαν ἐμφαίνειν, τὸ δὲ τὴν δύναμιν.

Pro ἐμφαίνειν lege ἐμφαίνει vel insere λέγουσιν; infinitivo certe nullus locus est. Quod attinet ad rem, cf. cap. 10 pag. 355 A.: τὸν γὰρ βασιλέα καὶ κύριον Ὄσιριν ὀφθαλμῷ καὶ σκήπτρῳ γράφουσιν· ἔνιοι δὲ καὶ τοὔνομα διερμηνεύουσι πολυόφθαλμον, et adnotationem viri cl. Parthey ad hunc locum.

pag. 372 A.

Aegyptii imagines Osiridis flammeo amictu ornant, ἥλιον σῶμα τῆς τἀγαθοῦ δυνάμεως ὡς ὁρατὸν οὐσίας νοητῆς ἡγούμενοι.

Pro σῶμα Markland proposuit ὄμμα, idem φῶς legendum censuit pro ὡς, quem Bernadacis secutus ante φῶς etiam καὶ inserendum putavit collatis

verbis, quae leguntur cap. 52 pag. 372 B.: ὡς οὐ μόνον τὴν σελήνην ἀλλὰ καὶ τὸν ἥλιον ὄμμα τοῦ Ὥρου καὶ φῶς ἡγούμενοι; Squire ὡς ὁρατὸν mutavit in ὡς ὅραμα. Mihi quidem vocabulum σῶμα sanum esse videtur, verba contra ὡς ὁρατὸν interpolatori deberi, qui, ut quid inter σῶμα et οὐσία νοητὴ intersit magis apertum esset, ea inseruerit. Locus sic vertatur: „quod Solem existimant concretum boni principium esse, cuius natura mente tantum concipi potest."

ad cap. 57 pag. 374 D.

ὁ δὲ γενόμενος ἐκ τούτων κόσμος καὶ Ὧρος οὐκ ἀίδιος οὐδ' ἀπαθὴς οὐδ' ἄφθαρτος, ἀλλ' ἀειγενὴς ὢν κ. τ. λ.

Deleantur vocabula καὶ Ὧρος. Interpretatur enim Plutarchus fabulam Platonicam de Amoris procreatione ex Poro et Penia parentibus, quam fabulam idem fere significare existimat quod Aegyptiacam de Iside et Osiride; καὶ Ὧρον autem addidit lector nescio quis memoria tenens in interpretatione Aegyptiacae fabulae Horum esse mundi intellegibilis imaginem, cf. cap. 54 pag. 373 B.

ad cap. 58 pag. 374 F., 375 A.

Plutarchus postquam ea, quae philosophi quidam de materiae natura docebant, improbavit neque tamen quid ipse de materia censeat, plane atque dilucide exposuit, nisi quod omnis qualitatis expers

non sit, ὧν, inquit ἐχομένους χρὴ καὶ τὴν θεὸν ταύτην οὕτω διανοεῖσθαι τοῦ πρώτου θεοῦ μεταλαγχάνουσαν ἀεὶ καὶ συνοῦσαν ἔρωτι τῶν περὶ ἐκεῖνον ἀγαθῶν καὶ καλῶν, οὐχ ὑπεναντίαν ἀλλ' ὥσπερ ἄνδρα νόμιμον καὶ δίκαιον ἐρᾶν ἐν δικαιοσύνῃ καὶ γυναῖκα χρηστὴν ἔχουσαν ἄνδρα καὶ συνοῦσαν ὅμως ποθεῖν λέγομεν, οὕτως ἀεὶ γλιχομένην καίπερ ἐκείνῳ παροῦσαν [1]) καὶ ἀναπιμπλαμένην τοῖς κυριωτάτοις μέρεσιν καὶ καθαρωτάτοις.

Multi viri docti in vocabulis οὐχ ὑπεναντίαν offensi sunt, quae re vera omni sensu carent: itaque Reiske proposuit οὐχ ὑπεναντιοῦσαν, quod tamen verbum neque apud Plutarchum [2]) neque apud ullum scriptorem, quod sciam, forma activa legitur; Böttcher post ὑπεναντίαν inseruit τῇ διανοίᾳ vel τὴν διάνοιαν; Wyttenbach in editione cunctanter ὑπανεῖσαν, *quae non remittit amorem*, addens „quidvis mihi persuadeatur quam hoc sanum esse"; Animadv. vero III pag. 249 vocabulum se tueri posse putat iis, quae capite 62 pag. 376 B. leguntur [3]); neque tamen intellego quid vocabulum ὑπεναντίωσις, quod ibi occurrit, ad nostrum locum tuendum faciat. Quamquam igitur vix dubitandum est quin vocabulum ὑπεναντίαν

---

[1]) καίπερ ἐκείνῳ παροῦσαν correctio viri cl. Madvig est; codices: καὶ περὶ ἐκεῖνον παροῦσαν, quod Markland alii mutaverunt in καὶ περὶ ἐκεῖνον λιπαροῦσαν.

[2]) ὑπεναντιοῦσθαι contra saepius legitur.

[3]) ὁ δὲ Τυφὼν ὥσπερ εἴρηται Σὴθ καὶ Βέβων καὶ Σμὺ ὀνομάζεται, βίαιόν τινα καὶ κωλυτικὴν ἐπίσχεσιν, ὑπεναντίωσιν ἢ ἀναστροφὴν ἐμφαίνειν βουλομένων τῶν ὀνομάτων.

falso traditum sit, levi tamen correctione locum sanatum iri minime spero. Nam si sequentia accuratius perlegerimus corrupta quidem sed ad rem, quam nunc attingimus, satis perspicua, apparebit feminam amantem a viro hac in re differre quod illius amor *numquam* satietur: ergo, ut uxor semper maritum desiderat, ita dea, quae una cum deo est, adducta amore bonorum, quae ille habet, *semper* deum desiderat. Itaque ne comparatio claudicet, lacunam in codicibus exstitisse necesse est, quae suppleatur: οὐχ (vel οὐδ') ὑπεναντί⟨ΩΣ ΠΟΤ' ΕΧΟΥΣ⟩αν.

Nec quae deinde sequuntur vitiis vacant; neque defuerunt, qui vocabula ἐν δικαιοσύνῃ corrigere conati sint. Squire contra verba ἄνδρα . . . δικαιοσύνῃ καὶ expunxit, quae si abessent, nemo certe requireret; cum autem omnibus in codicibus tradita sint et eo possunt defendi quod quae discrepantia inter masculinum et femininum amorem sit denotent, praestiterit, nisi fallor, ea ad rerum contextum emendare. Omnes, ut dixi, qui huic loco dederunt operam, offensi sunt in vocabulis ἐν δικαιοσύνῃ, quae haud dubie magis monachum quam Graecum commentatorem redolent. Aliis alia proponentibus[1]), Böttcher optime et levissime pro δικαιοσύνῃ restituit δικαίως συνῇ; erravit

[1]) Wyttenbach: γυναικὸς ἢ συζῇ; Madvig ἐρᾶν δικαιοσύνης; v. Herwerden ἐρᾶν γυναικὸς ἢ ἂν συνῇ; Bernadacis ἐρᾶν ἂν δικαίᾳ συνῇ ⟨γυναικί⟩.

tamen ἐν mutando in κἄν, ut iam videbimus. Locus enim nondum sanus est, immo vero nova difficultas orta est cum iteratio δίκαιον — δικαίως minime ferri possit et verbum ἐρᾶν careat obiecto. Cum autem vocabula ΔΙΚΑΙΟΣ et ΓΥΝΑΙΚΟΣ non ita multum inter se differant quin librarius neglegens ea inter se confundere possit, pro δίκαιον legendum censeo γυναικὸς expuncta particula καί. Totus igitur locus sic legatur: χρὴ καὶ τὴν θεὸν ταύτην οὕτω διανοεῖσθαι . . . συνοῦσαν ἔρωτι τῶν περὶ ἐκεῖνον ἀγαθῶν καὶ καλῶν οὐχ (vel οὐδ') ὑπεναντίως ποτ' ἔχουσαν, ἀλλ' ὥσπερ ἄνδρα νόμιμον γυναικὸς ἐρᾶν ἂν δικαίως συνῇ, καὶ γυναῖκα ἔχουσαν ἄνδρα καὶ συνοῦσαν ὅμως ποθεῖν λέγομεν, οὕτω κ. τ. λ. „ita oportet etiam deam illam cogitatione effingi: amore pulchrarum et bonarum rerum, quae deo sint, adductam ei coniunctam esse neque unquam ei adversari, sed ut iustum virum amare feminam dicimus, si rite cum ea vivit, feminam autem, quamquam ei coniunctissimus vir est, tamen eum desiderare, ita . . ."

ad cap. 62 pag. 376 C.

Eudoxus perhibet Aegyptios narrare Iovem, cum puderet eum quod pedibus connatis procedere non posset, in solitudine degisse, eique Isidem illis membris dissectis atque diductis incessum integrum reddidisse: αἰνίττεται δὲ καὶ διὰ τούτων ὁ μῦθος ὅτι καθ' ἑαυτὸν

ὁ τοῦ θεοῦ νοῦς καὶ λόγος ἐν τῷ ἀοράτῳ καὶ ἀφανεῖ βεβηκὼς εἰς γένεσιν ὑπὸ κινήσεως προῆλθεν.

An verba αἰνίττεται . . . ὁ μῦθος recte tradita sint valde dubito. Quaenam fabula in libro, qui Osiridis atque deorum ei coniunctorum casus complectitur, voce ὁ μῦθος intellegi potest praeter Osiridis? Neque digressio Osiriacae fabulae pars est, vel, ut Plutarchi verbis utar, non est λόγος τῷ μύθῳ προστιθέμενος, verum fabula ab Eudoxo memorata ad Iovem eiusque casus pertinet. Itaque suspicor Plutarchum dedisse: αἰνίττονται (sc. Aegyptii) δὲ καὶ διὰ τούΤΟΥ ΤΟΥ ΜΥΘΟΥ, ut alterius quoque fabulae interpretatione demonstratur mentem divinam atque rationem movendo ad procreationem progredi.

ad cap. 64 pag. 377 A.

Plutarchus quae sibi videatur vera fabulae interpretatio esse paucis verbis repetit: neque Osiridem neque Isidem recte aquam, solem, terram, coelum haberi neque Typhonem ignem, siccitatem, mare; sin quiquid his singulis insit abundantia aut inopia immoderati et perturbati Typhoni tribuemus [1]), quae vero ordinata et bona et utilia videntur, ut Isidis quidem opem, Osiridis vero imaginem et imitationem

[1]) Cf. cap. 45

et speciem reveribimur atque colemus οὐκ ἂν ἁμαρτάνοιμεν, ἀλλὰ καὶ τὸν Εὔδοξον ἀπιστοῦντα παύσομεν καὶ διαποροῦντα πῶς οὔτε Δήμητρι τῆς τῶν ἐρωτικῶν ἐπιμελείας μέτεστιν ἀλλ' Ἴσιδι [1]), τόν τε Διόνυσον οὔτε [2]) τὸν Νεῖλον αὔξειν οὔτε τῶν τεθνηκότων ἄρχειν δυνάμενον.

Pro δυνάμενον Markland proposuit διανοούμενον subaudito nomine Εὔδοξον; Reiske οἰόμενον. At ex particulis οὔτε . . τε satis apparet utramque sententiae partem pertinere ad διαποροῦντα πῶς; neuter igitur locum in integrum restituit. Quemadmodum priori sententiae parti verbum est μέτεστιν, sic posterior suum habeat necesse est, et tale verbum quidem ad quod acc. c. infin. Διόνυσον . . οὔτε αὔξειν . . οὔτε ἄρχειν pertineat. Suspicor igitur participii forma δυνάμενον librarii errorem esse pro ἐνδεχόμενον; vitium autem ortum esse ex prima huius vocabuli syllaba cum proximo verbo ἄρχειν confusa, ut sententia sit: διαποροῦντα πῶς . . . τόν τε Διόνυσον οὔτε τὸν Νεῖλον αὔξειν οὔτε τῶν τεθνηκότων ἄρχειν ἐνδεχόμενόν ⟨ἐστιν⟩: *quaerentem quo modo fieri possit ut Bacchum neque Nilum augeat neque apud inferos regnet.*

Verumtamen gravior difficultas oritur, si ad rerum contextum animum advertimus. Eudoxus enim,

[1]) De Iside τὰ ἐρωτικὰ curante cf. cap. 52; Kaibel, epigr. Graec. n°. 1028 vs. 36 sqq. et eius libri praefat. pag. XXI.

[2]) Sic Meziriac.; libri οὐ.

cum vulgo apud Graecos Osiris atque Dionysus, Demeter atque Isis iidem habeantur, de popularium suorum opinione censuram agit neque omnino iis assentitur propterea quod Aegyptiorum deorum potestates atque munera a Graecis differant. Cum autem Plutarchus ceteris locis, ubi Eudoxi mentionem facit [1]), neque improbet quae tradiderit ille neque omnino profiteatur se eius opinioni maxime repugnare, admodum mirum est nostrum omnibus aliis auctoribus omissis Eudoxum nominatim memorare idque eo loco, ubi de Graecorum Aegyptiorumque deorum „identitate" minime sermo est.

His rationibus adductus vehementer suspicor locum insiticium esse neque suspicionem infirmant quae sequuntur: ἑνὶ γὰρ λόγῳ κοινῷ τοὺς θεοὺς τούτους περὶ πᾶσαν ἀγαθοῦ μοῖραν ἡγούμεθα τετάχθαι· καὶ πᾶν ὅσον ἔνεστι τῇ φύσει καλὸν καὶ ἀγαθὸν διὰ τούτους ὑπάρχειν, τὸν μὲν διδόντα τὰς ἀρχάς, τὴν δ' ὑποδεχομένην καὶ διανέμουσαν. Quem enim latet τοὺς θεοὺς τούτους non Graecorum Dionysum et Cererem esse sed Aegyptia illa numina, quorum naturam priore huius capitis parte Plutarchus descripsit?

1) Cap. 6; 21; 30; 52; 62; 10 Eudoxum inter eos numerat, qui Aegyptum adibant: Εὔδοξον μὲν οὖν Χονούφεως φασι Μεμφίτου διακοῦσαι; cf. Diog. Laert. VIII cap. 8, qui contra tradit Chonuphin sacerdotem Heliopolitanum fuisse.

ad cap. 65 pag. 377 B.

διὸ καὶ λέγεσθαι τὴν Ἶσιν αἰσθανομένην ὅτι κύει περιάψασθαι φυλακτήριον [1]) ἕκτῃ μηνὸς ἱσταμένου Φαωφί, τίκτεσθαι δὲ τὸν Ἁρποκράτην κ. τ. λ.

In his λέγεσθαι corrigatur in λέγεται vel λέγουσιν; nullum enim in prioribus proximis verbum est, ad quod infinitivus pertineat; deinde pro τίκτεσθαι legatur τεκέσθαι ut huius verbi forma congruat cum aoristo περιάψασθαι. In sequentibus vero noli ἑορτάζειν cum viro cl. Madvig mutare in ἑορτάζει (sc. Ἁρποκράτης). Pertinet infinitivus ad λέγεται vel λέγουσιν, omniaque recte sese habent, dummodo verba διὸ καὶ φακῶν . . . ἐπιφέρουσι a scriptore interposita habeantur.

ad cap. 66 pag. 377 C.

Capite proximo Plutarchus de indoctae multitudinis opinione agit apud Aegyptios quod ad tempestatum mutationes, sementes arationesque etc., miro scilicet iudicii errore effectus cum causis i. e. cum ipsis numinibus confundentis; quales vulgi errores tamen haud ita periculosos dicit „ἂν πρῶτον μὲν ἡμῖν τοὺς θεοὺς φυλάττωσι κοινοὺς καὶ μὴ ποιῶσιν Αἰγυπτίων ἰδίους μηδὲ Νεῖλον ἥν τε Νεῖλος ἄρδει μόνην χώραν τοῖς ὀνόμασι τούτοις καταλαμβάνοντες μηδ' ἕλη μηδὲ λωτοὺς μὴ θεοποιίαν λέγοντες ἀποστερῶσι

1) Amuletum illud Aegyptii interpretantur „veram vocem" cf. cap. 68 pag. 378 B.

μεγάλων θεῶν τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, οἷς Νεῖλος μὲν οὐκ ἔστιν οὐδὲ Βοῦτος οὐδὲ Μέμφις."

Vocabula μὴ θεοποιίαν corrupta censet Bernadacis et orta esse suspicatur ex μηδ' ὁποιοῦν vel potius μηδ' ὁτιοῦν; idem laudat quod Emper proposuit μηδὲ χέδροπα. Neque hi soli in vocabulis illis offensi sunt; etiam Baxter[1]), Reiske[2]), Böttcher[3]), Holwerda[4]) sua quisque ratione locum emendare conati sunt. Qui autem vitium in vocabulo θεοποιίαν latere arbitrabantur vereor ne omnes erraverint: vox enim θεοποιία, quamquam apud antiquos scriptores non legitur, defendi tamen potest vocabulis μυθοποιία, τερατοποιία aliis; rectissime eam Wyttenbach interpretatur: *religionem deos fingendi.*

Verumtamen cum Plutarcho auctore periculum sit ne imperiti homines *Aegyptiis* nominibus atque rebus decepti deos quoque *proprios Aegyptios* putent, vocabulum desideratur, quod rem proprie Aegyptiacam denotet. Nihil autem est, quo Aegyptii magis a Graecis differunt, quam animalium deificatione et cultu, neque facile quis ullam rem reperiet, quae adeo Aegyptiis propria est quam haec. Itaque

---

μυθοποιίαν.

[2]) μηδὲ Αἰθιοπίαν.

[3]) μὴ, θεοποιίαν λέγοντες, ἀποστερῶσιν.

[4]) μὴ Νεῖλον, ἥν τε . . . μηδὲ ὁποῖά τινα λέγοντες; idem μὲν post Νεῖλον delet.

inter μηδὲ et θεοποιίαν intercidisse mihi videtur ζῴων, ut noster dederit μηδὲ <ζῴων> θεοποιίαν. Conferenda sunt quae Porphyrius tradit de Abstin. IV cap. 9: (sacerdotes Aegyptii) ἀπὸ ταύτης ὁρμώμενοι τῆς ἀσκήσεως καὶ τῆς πρὸς τὸ θεῖον οἰκειώσεως ἔγνωσαν ὡς οὐ δι' ἀνθρώπου μόνον τὸ θεῖον διῆλθεν, οὔτε (lege: οὐδὲ) ψυχὴ ἐν μόνῳ ἀνθρώπῳ ἐπὶ γῆς κατεσκήνωσεν, ἀλλὰ σχεδὸν ἡ αὐτὴ διὰ πάντων διῆλθε τῶν ζώων. διὸ εἰς τὴν θεοποιίαν παρέλαβον πᾶν ζῷον.

ad cap. 69 pag. 578 E.

Quaerit Plutarchus quomodo tristibus illis sacrificiis utendum sit si neque quae constituta sint omittere neque de diis opiniones suspicionibus turpibus inquinare et perturbare deceat: nam Graecos etiam eodem quo Aegyptii tempore multas res perficere iis simillimas, quas Aegyptii in sacris faciant: καὶ γὰρ Ἀθήνησι νηστεύουσιν αἱ γυναῖκες ἐν Θεσμοφορίοις χαμαὶ καθήμεναι, καὶ Βοιωτοὶ τὰ τῆς Ἀχαίας μέγαρα κινοῦσιν, ἐπαχθῆ τὴν ἑορτὴν ἐκείνην ὀνομάζοντες, ὡς διὰ τὴν τῆς Κόρης κάθοδον ἐν ἄχει τῆς Δήμητρος οὔσης.

Pro κινοῦσι Semler ἄγουσι proponit, idem μέγαρα in Μεγάρας mutat; Pinder κενῶσιν; Wyttenbach contra et Parthey lectionem traditam defendere student; quamquam argumentis utuntur diversis. Wyttenbach enim Animadv. III pag. 255 verbum κινεῖν tuetur Porphyrium laudans, qui de Abstin. IV

cap. 9 accipitrem dicit εἶναι λογικώτατον ἀπολυθέντα τοῦ σώματος τελεῖν τε ἀγάλματα καὶ ναοὺς κινεῖν, quae verba vertit: *consecrare statuas et templa tractare.* Quid autem templa tractare intellegat non edocet, videtur tamen eodem sensu accipere quo *templa facere, aedificare.* Dicit enim in fine annotationis: „Equidem dum meliora doceamur, κινεῖν retineam eo sensu sane frequenti quo denotat *ad rem faciendam accedere, aggredi opus*, ut notavimus pag. 149 D."[1]) Verumtamen hunc verbi κινεῖν sensum esse vix credendum est.

Aliam viam Parthey ingressus est, qui, quod Plutarchus ritus atque caeremonias Graecorum cum Aegyptiis conferat, Aegyptii autem aediculas sacras festis diebus circumferre soleant, Boeotos quoque id Achaeae festis fecisse putat, cf. pag. 259: Wenn daher gesagt ist dass die Böoter ihre Tempel bewegen, so muss dies auf einen ähnlichen Ägyptischen Gebrauch gehn, und in der That sieht man öfters bei der Darstellung von Festzügen das Herumtragen von Schautempelchen. Quam interpretationem ut confirmet, laudat locum Porphyrii quem supra memoravi, addita viri cl. Reiske versione et interpretatione [2]): . . et movere templa h. e.

---

[1]) Sept. Sap. Conv. cap. 3, ad verba: *καθαρμὸν κινεῖν.*

[2]) Monendum est virum cl. Reiske ante τελεῖν inserere *καὶ ἐπιτηδειότατον*, ut infinitivi τελεῖν et κινεῖν ad hoc adjectivum pertineant.

aediculas illas in quibus alias exposita alias abscondita sint sita deorum simulacra animata vi fatidica, et Suidam s. v. Ἡραίσκος... οὗτοι καθ' Αἴγυπτον μόνην κινοῦντα τὰς πατρίους τελετὰς ἀλλὰ καὶ κ. τ. λ.

Quod Parthey dicit caeremonias atque ritus Graecorum cum Aegyptiis conferri, id recte dicit, fallitur tamen similitudinem in eo esse ratus quod Boeoti et Aegyptii aediculas sacras diebus festis circumferre soleant. Nam ut sumamus hunc morem, ceteroquin Graecis ignotum, festis Cereris Achaeae floruisse, Thesmophoriorum tamen mentio impedit quominus illius existimationem iustam atque veram esse putemus. Videlicet utrique populo mos erat deorum suorum casus ieiunis plangore aliis rebus luctuosis lamentari; quae omnia optime conveniunt ad Cereris Achaeae solemnia [1]).

Equidem cum viris cl. Wyttenbach et Parthey consentio lectionem μέγαρα κινεῖν ipsius scriptoris esse, in eo vero ab iis dissentio verbo κινεῖν hoc loco vim aedificandi aut movendi inesse. Videtur mihi idem valere quod Latine *tumultu miscere.* Conferatur ad hunc sensum Hesychium s. v. κίνημα, quod explicatur κίνησις, ταραχή, ὁρμή. χόλος κότος ἢ ὀργή.

Etiam apud Porphyrium si non eadem, attamen

---

[1]) De Cereris Achaeae cultu cf. Preller, Griech. Myth. pag. 752.

similis significatio verbi κινεῖν esse videtur. Totus locus hic est: ἔτι δ'ἐκ περιττῆς σοφίας καὶ τῆς περὶ τὸ θεῖον συντροφίας κατέλαβόν τισι τῶν θεῶν προσφιλῆ τῶν ζώων τινὰ μᾶλλον τῶν ἀνθρώπων, ὡς Ἡλίῳ ἱέρακα, σύμπασαν μὲν τὴν φύσιν ἐξ αἵματος ἔχοντα καὶ πνεύματος, οἰκτείροντα δὲ καὶ ἄνθρωπον καὶ κωκύοντα ἐπὶ νεκρῷ κειμένῳ γῆν τε ἐπαμώμενον εἰς τοὺς ὀφθαλμούς, ἐν οἷς τὸ ἡλιακὸν κατοικεῖν πεπιστεύκασι φῶς, καὶ ζῆν μὲν ἐπὶ πλείονα ἔτη κατειληφότες, μετὰ δὲ τὸν βίον ἴσχυν ἔχειν μαντικὴν καὶ εἶναι λογικώτατον ἀπολυθέντα τοῦ σώματος καὶ προγνωστικώτατον, τελεῖν τε ἀγάλματα καὶ ναοὺς κινεῖν. Ut iam supra monui, Reiske ante τελεῖν inserendum existimavit καὶ ἐπιτηδειότατον; praestiterit infinitivos τελεῖν et κινεῖν in participia mutasse: τελοῦντά τε ἀγάλματα καὶ ναοὺς κινοῦντα. Sed utut est, ναοὺς κινεῖν nihil aliud significare potest nisi *templa vi fatidica implere*, ut templa adeuntes divinandi facultatem acquirant.

Restat ut paucis sententiam viri cl. Holwerda [1]) exponam rationemque afferam quare eius interpretatio mihi minus placeat. Ratus viri cl. hoc loco verbum κινεῖν idem quod vulgo fere valere, sc. *res de suo loco movendi*, Boeotos dicit tempore verno in honorem Cereris Achaeae μέγαρα exstruxisse, autumno abstulisse. Hanc in rem Clementem

[1]) De dispositione verborum in lingua Graeca etc.; diss. Lugd. pag. 120.

Alexandrinum laudat [1]). Cum autem vocabulum, in quo vir cl. interpretationem ponit, viri docti corruptum censeant, scholiasta contra eo sensu accipiendum putet [2]) ut omni vi probationis careat, vereor ne locus magni momenti non sit. Est vocabulum μεγαρίζοντες. Ut omittam quaerere quid Clemens scripserit, id certe constat μέγαρα Graecos numquam dixisse aediculas ad tempus constructas. Sunt vero μέγαρα aedificia stativa, cf. Hesych. s. v.; Porphys. de Antr. Nymph. cap. 6; Plut. de superst. cap. 9 pag. 169 E.; vit. Marc. cap. 20 [3]).

In sequentibus quoque „ἔστι δ'ὁ μὴν οὗτος περὶ Πλειάδα σπόριμος, ὃν Ἀθὺρ Αἰγύπτιοι, Πυανεψιῶνα δ''Αθηναῖοι, Βοιωτοὶ δὲ Δαμάτριον καλοῦσιν" est in quo offendamus. Vertit Xylander vocabula περὶ Πλειάδας, — sic iam ante virum cl. Halm legerat — *ad Pleiadum ortum* [4]), qua in re vehementer erravit cum Pleiades oriantur fere mense Maio, quod tempus messis

[1]) Protreptic. cap. 2, pag. 14 ed. Stählin. *βούλει καὶ τὰ Φερεφάττης ἀνθολόγια διηγήσωμαί σοι καὶ τὸν κάλαθον καὶ τὴν ἁρπαγὴν τὴν ὑπὸ Ἀιδωνέως καὶ τὸ χάσμα τῆς γῆς καὶ τὰς ὗς τὰς Εὐβουλέως τὰς συγκαταποθείσας ταῖν θεαῖν δι' ἣν αἰτίαν ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις μεγαρίζοντες χοίρους ἐμβάλλουσι.* Ex his Holwerda verba tantum tradit, quae fusius expressa sunt.

[2]) *μέγαρα καλοῦσι τοὺς βόθρους· μεγαρίζοντες οὖν ἀντὶ τοῦ θύοντες.*

[3]) Cf. etiam Preller, Griech. Myth. pag. 751 annot. 2: *μέγαρα* i. q. *ἀνάκτορα*, speciell die unterirdischen Heiligtümer chthonischer Gottheiten.

[4]) Parthey vertit: um den Aufgang des Siebengesterntes; Hartman: bij 't opkomen der Pleiaden.

faciendae est, menses contra Athyr, Pyanepsion, Damatrius maxime conveniant cum mense Novembri, quo tempore sementem agricolae faciunt et Pleiades occidunt[1]). Quia igitur rerum contextus postulat *sub Pleiadum occasum*, quod an verbis περὶ Πλειάδας exprimatur valde dubito, videtur mihi in περὶ Πλειάδα latere περὶ ΠΛΕΙΑΔ⟨ων⟩ Δ⟨υσμάς⟩.

ad cap. 70 pag. 379 A.

Ipsum anni tempus sponte ad suspicionem ducit tristes illas caeremonias fieri quod tunc fruges terra conduntur, quae veteres magna et utilia deorum munera putabant ne inculte viverent: καθ' ἣν δὴ ὥραν τοὺς μὲν ἀπὸ δένδρων ἑώρων ἀφανιζομένους παντάπασιν καὶ ἀπολείποντας, οὓς δὲ καὶ αὐτοὶ κατασπείραντες ἔτι γλίσχρως καὶ ἀπόρως, διαμώμενοι ταῖς χερσὶ τὴν γῆν καὶ περιστέλλοντες αὖθις, ἐπ' ἀδήλῳ τῷ πάλιν ἐκτελεῖσθαι καὶ συντέλειαν ἕξειν ἀποθέμενοι, πολλὰ θάπτουσιν ὅμοια καὶ πενθοῦσιν ἔπραττον.

Bernadacis virum cl. Baxter secutus pro γλίσχρως καὶ ἀπόρως edidit γλίσχρους καὶ ἀπόρους, deinde suo Marte mutavit κατασπείραντες in κατέσπειραν ὄντας; nimirum ut altera quoque sententiae pars suum verbum haberet: τοὺς μὲν . . . ἀφανιζόμενους καὶ ἀπολείποντας, οὓς δὲ . . . ὄντας. Quamquam recte intellexit accusativum participii desiderari vereor

[1]) Cf. Daremb. et Sagl. s. v. Pléades.

tamen ne participio ὄντας inserto vitium non tollatur. Maxime enim obstant participiorum formae διαμώμενοι et περιστέλλοντες, quae, ut congruerent cum κατέσπειραν, etiam mutandae essent in διαμησάμενοι et περιστείλαντες. Facilius omnes difficultates tollentur corrigendo κατέσπειραν, quod iam Squire proposuerat, et pro ἀποθέμενοι legendo ἀπο⟨τι⟩θεμένους, ut participium hoc pertineat ad vocabulum κάρπους. Locus igitur legatur . . οὓς δὲ καὶ αὐτοὶ κατέσπειραν ἔτι γλίσχρως καὶ ἀπόρως, . . . ἀποτιθεμένους: „tempore, quo videbant . ., quas autem fruges ipsi aerumnose et difficulter seruissent, quippe qui terram manibus aperirent et iterum obvolverent, terra condi . . ."

ad cap. 73 pag. 380 C.

Non desunt qui narrent Typhonis animam migrasse in animalia, quae ab Aegyptiis sacra habentur; qua re facile quis adduci potest ut putet fabulam obscure designare omnes istas feras rationisque expertes naturas ad malos quosdam genios pertinere, quos ut demulceant Aegyptios animalia illa colere: ἂν δὲ πολὺς ἐμπίπτῃ καὶ χαλεπὸς αὐχμός, ἐπάγων ὑπερβαλλόντως ἢ νόσους ὀλεθρίους ἢ συμφορὰς ἄλλας παραλόγους καὶ ἀλλοκότους κ. τ. λ.

Noli cum viro cl. Wyttenbach αὐχμὸς in αὐχμοὺς neque ὑπερβαλλόντως in ὑπερβάλλοντας mutare, quas lectiones Bernadacis in textum recepit. Siccitas

enim quamquam non idem quod Typhon, tamen Typhonis est cf. cap. 45 pag. 369 A.

ad pag. 380 D. E.

αἱ δὲ τῶν τιμωμένων ζῴων καθιερεύσεις ἀπόρρητοι καὶ χρόνοις ἀτάκτοις πρὸς τὰ συμπίπτοντα γιγνόμενα τοὺς πολλοὺς λανθάνουσιν, πλὴν ὅταν ταφὰς ἔχωσιν.

Ante ταφὰς Xylander inseruit Ἄπιδος, quod vocabulum rerum contextus flagitat, cf. quae sequuntur: ὁ γὰρ Ἆπις δοκεῖ μετ᾽ ὀλίγων ἄλλων ἱερὸς εἶναι τοῦ Ὀσίριδος. Restat tamen difficultas in verbis ταφὰς ἔχωσιν, quibus num Graeci usi sint eodem sensu quo Latini *funebria facere* valde dubito. In promptu est Plutarchum scripsisse ταφὰς ἄγωσιν; verbum enim ἄγειν significatione *celebrandi* saepius occurit; neque displicet ταφὰς τελῶσιν.

ad cap. 74 pag. 381 B.

Aegyptii aspidem, mustelam, scarabaeum divinis honoribus afficiunt quod in his animalibus obscuras deorum potentiae imagines cernere sibi videbantur. Causis cur mustela et scarabaeus colerentur memoratis sic pergit noster: ἀσπίδα δ᾽ ὡς ἀγήρων καὶ χρωμένην κινήσεσιν ἀνοργάνοις μετ᾽ εὐπετείας καὶ ὑγρότητος ἄστρῳ [ἣ] προσείκασιν.

Ita Bernadacis edidit virum cl. Xylander secutus, qui primus ἥ, quod omnes codices post ἄστρῳ

exhibent, seclusit. Cum autem serpentis spirae minime stellarum motibus, agilitate vero et celeritate fulguribus simillimae sint, vix dubitandum est quin noster dederit ἀστραπῇ, quod quam facile in ἄστρῳ ἣ abire possit nemo non perspiciet.

ad cap. 75 pag. 381 D.

Inter animalia, quae ab Aegyptiis coluntur cum propter utilitatem tum quod rem aliquam per indicium denotent (διὰ τὸ συμβολικόν), ibis enumeratur: ἡ δ᾽ ἶβις ἀποκτείνουσα μὲν τὰ θανατηφόρα τῶν ἑρπετῶν ἐδίδαξε πρώτη κενώματος ἰατρικοῦ χρείαν κατιδόντας οὕτω κλυζομένην καὶ καθαιρομένην ὑφ᾽ ἑαυτῆς.

Cum in praegressis nulla mentio facta sit quo modo ibis alvum proluat, vocabulum οὕτω pro suspecto habens Reiske pro οὕτω κλυζομένην proposuit ὑποκλυζομένην; praestat, nisi fallor, illud οὕτω in αὑτὴν mutare, possis etiam corrigere ἅλμῃ, ut legitur de Soll. anim. cap. 20 pag. 974 C.: τῆς τ᾽ ἴβεως τὸν ὑποκλυσμὸν ἅλμῃ καθαιρομένης Αἰγύπτιοι συνιδεῖν καὶ μιμήσασθαι λέγουσιν, quamquam hoc vocabulum ut magis a textu tradito discrepans minus placebit. Praeterea, ne verbum διδάσκειν altero suo accusativo careat, exspectes ἐδίδαξε τοὺς Αἰγυπτίους vel τοὺς ἄνδρας vel tale quid; neque unum vel plura vocabula intercidisse negarem, nisi leniore medicina locum me correcturum sperarem. Cum enim voca-

bulorum terminationes $\overline{\text{IKO}\Sigma}$ et $\overline{\text{O}\Sigma}$ saepissime inter se commutentur, in ἰατρικοῦ latere videtur substantivum ἰατροὺς articulo τοὺς vitio, quam haplographiam vocamus, a praegredienti κενώματος absorpto. Locum igitur sic legendum esse censeo: πρώτη ἐδίδαξε κενώματος τοὺς ἰατροὺς χρείαν, κατιδόντας αὐτὴν κλυζομένην καὶ καθαιρομένην ὑφ' ἑαυτῆς.

ad cap. 80 pag. 384 B.

τῷ δὲ κῦφι χρῶνται καὶ πώματι καὶ κράματι. πινόμενον γὰρ δοκεῖ τὰ ἔντος καθαίρειν, χρὴ μαλακτικόν.

Pro χρή, quod omnium codicum lectio est, Stephanus scripsit κοιλίας, quod vocabulum Parthey in textum recepit. Reiske satis probabile χρῆμα proposuit neque tamen locum restituit. Quid si pro ΧΡΗΜΑΛΑΚΤΙΚΟΝ scripseris ΧΡΗΜΑΛΑΠΤΙΚΟΝ? λαπτικὸς est adjectivum derivatum a verbo λάπτειν, quod idem valet atque ἐκκενοῦν, cf. Eustath. Comment. in Iliad. pag. 423: 38: γίνεται δὲ ἡ λαπάρα, δἰ ἧς ὁ κενεὼν δηλοῦται παρὰ τὸ λάπτω, τὸ ἐκκενῶ, cf. pag. 625: 18; in Odyss. pag. 1413: 7.

Quomodo autem octo vel novem litterarum lacuna post καθαίρειν, quam in codice E. inesse Bernadacis memorat, supplenda sit, viderint alii.

De E apud Delphos.

Libro, qui inscribitur περὶ τοῦ Ε τοῦ ἐν Δελφοῖς, Plutarchus refert disputationem, quam Delphis habuerunt Ammonius alii; investigabant autem quae litterae illius E deo consecratae notio atque vis esset. Sermo habitus est anno 66° aut 67° p. Chr. n., cf. cap. I pag. 385 B.: ⟨ἀνεμνήσθην⟩, ἃ πάλαι ποτέ καθ' ὃν καιρὸν ἐπεδήμει Νέρων ἠκούσαμεν Ἀμμωνίου καί τινων ἄλλων διεξιόντων, ἐνταῦθα τῆς αὐτῆς ἀπορίας ὁμοίως ἐμπεσούσης; misit tamen Plutarchus ad amicum simul cum uno pluribusve aliis [1]). Quinam sermones illi fuerint non patet, cum ipsum nomen Πυθικοὶ λόγοι ambiguum sit vel, ut verius dicam, diversas notiones ei subici possint. Secundum virum cl. Wyttenbach [2]) Πυθικοὶ λόγοι sunt *disputationes Delphis habitae librique a Plutarcho ibi conscripti* et sane complures scriptiones enumerat; ego vero existimo Plutarchum hoc titulo

[1]) Cf. cap. I pag. 384 E.: ἐγὼ γοῦν πρὸς σὲ . . . τῶν Πυθικῶν λόγων ἐνίους ἀποστέλλων..

[2]) Animadv. III pag. 272.

designavisse *scripta, quae res ad Delphicum oraculum pertinentes contineant*, cf. e. g. Herodoti λόγους Περσικούς, Λυδικούς, Σκυθικούς, adque Serapionem misisse aliquot de quaestionibus Delphicis disputationes.

Quoquo modo res se habeat, satis probabile est libris a Plutarcho ad Serapionem missis annumerandum esse dialogum, cui titulus περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα νῦν τὴν Πυθίαν, Latine *de Pythiis oraculis;* eius enim argumentum Πυθικῷ λόγῳ aptissimum est; accedit quod nemini amicorum inscriptus est; inscriptionis omissio autem omnino a Plutarchi consuetudine abhorret. Etiam tempus, quo dialogum de Pythiis oraculis conscripsit noster, respondet tempori, quo disputatio de E composita est. Leguntur enim de Pyth. orac. cap. 29 pag. 409 A.: ὁρᾶτε δήπουθεν αὐτοὶ πολλὰ μὲν ἐπεκτισμένα τῶν πρότερον οὐκ ὄντων, πολλὰ δὲ ἀνειλημμένα τῶν συγκεχυμένων καὶ διεφθαρμένων. ὡς δὲ τοῖς εὐθαλέσι τῶν δένδρων ἕτερα παραβλαστάνει, καὶ τοῖς Δελφοῖς ἡ Πυλαία συνηβᾷ καὶ συναναβόσκεται, διὰ τὰς ἐντεῦθεν εὐπορίας σχῆμα λαμβάνουσα καὶ μορφὴν καὶ κόσμον ἱερῶν καὶ συνεδρίων καὶ ὑδάτων οἷον ἐν χιλίοις ἔτεσι τοῖς προτέροις οὐκ ἔλαβεν. Cum autem notum sit Apollinis oraculum, cuius auctoritas templo a Domitiano refecto [1]) semper

[1]) Cf. Bull. Corr. Hell. 1896 pag. 717.

creverit, imperante Traiano deinde Hadriano ad summam amplitudinem pervenisse [1]), fieri non potest quin verba supra laudata illis temporibus conscripta sint. Duae praeterea res sunt, quibus tempus etiam certius definiri possit: aetas Plutarchi, qui paucis post annis quam Hadrianus imperium iniit, e vita decessit [2]); altera duorum amicorum scriptoris commemoratio, quorum uterque ad oraculum restituendum atque ornandum contulerat, cf. de Pyth. orac. cap. 29 pag. 409 B. C.: καίτοι φιλῶ μὲν ἐμαυτὸν ἐφ' οἷς ἐγενόμην εἰς τὰ πράγματα ταῦτα πρόθυμος καὶ χρήσιμος μετὰ Πολυκράτους καὶ Πετραίου. De Polycratis aetate constituenda certa indicia quidem nobis praesto non sunt [3]), coniecturam tamen facere licet ex iis, quae de Petraeo duae inscriptiones Delphis inventae nobis tradunt; cf. Pomtow, Beiträge zur Topographie von Delphi pag. 122:

Λ. Κάσσιον Πετραῖον
τὸν ἀρχιερέα ἐπὶ τοῖς
δυσὶν στεφάνοις καὶ δὶς
ἀγωνοθέτην τῶν μεγά-

[1]) Ibid. pag. 718; 721.

[2]) Plutarchus natus est anno fere 46° p. Chr. n.; usque ad Hadriani tempora Delphis sacerdotis munere functus est, cf. C. I. G. n°. 1713. Pomtow, Neue Jahrb. f. Phil. 1889 pag. 522, hanc inscriptionem compositam esse arbitratus quo tempore Hadrianus in Graecia versaretur, Plutarchum usque ad finem anni 125^{i} vixisse putat.

[3]) Cf. quae Pomtow collegit Beiträge pag. 78 adn. 3; quibus adiungas Plut. Quaest. Conviv. IV: 4; 5.

λων Πυθίων καὶ σύνδι-
κ]ον τοῦ Πυθίου ὁ ἱερὸς
πα]ῖς Γν. Βάββιος Μάξι-
μο]ς Μάγνου υἱὸς Ἀπόλ-
λω]νι Πυθίῳ ἐκ τῶν ἰδί-
ω]ν τὸν ἴδιον φίλον [1]).

Bullet. de Corresp. Hell. 1896 pag. 724:

αὐτοκράτορα καίσαρα θεοῦ Νέρουα υἱὸν Νέρ-
ουαν Τρα[ια]νὸν Σεβαστὸν Γερμανικὸν
Δακικὸν οἱ Ἀμφικτύονες ἐκ τῶν ἱερῶν
χρημάτων ἐν τῇ Λευκίου Κασσίου
Πετραίου τοῦ Πετρ]αίου ἐ[π]ιμελητεία
Ὑ]παταίου [2]).

Ex hac inscriptione apparet Petraeum usque ad annum saltem 106um vixisse, quo anno Traianus bellum cum Dacis finivit [3]); ex priore autem eum haud multis annis post decessisse, quandoquidem Gn. Babbius Maximus, qui hac in inscriptione ἱερὸς παῖς dicitur, ante annum 120um Delphis ἄρχων erat [4]).

Quibus rationibus adducimur ut statuamus dialogum de Pythiis oraculis conscriptum esse paucis annis ante mortem Traiani, ad quod tempus optime

---

[1]) Lacunas supplevit Pomtow excepto versu 7° ubi habet IΣ, cf. pag. 122, adn. 2; παῖς supplevi, cf. Bull. Corr. Hell. 1896 pag. 719.

[2]) Versus supplevit Homolle.

[3]) Cf. Duruy, Histoire des Romains IV pag. 755.

[4]) Cf. Pauly-Wissowa, Real. Enc. IV pag. 2674

convenit illud πάλαι, quod legitur de E. ap. Delph. cap. 1.

Errare videtur vir cl. Hartman scribens de Avondz. des Heidend. II pag. 154 Serapionem, cui liber inscriptus est, disputationi interfuisse; intersunt, ordine quo disserunt, Lamprias Plutarchi frater, tum alius quidam, tum Nicander sacerdos; eum excipit Theo, cuius opinioni Plutarchus Eustropho hortante repugnat atque quid ipse de litterae vi sentiat exponit; finem facit Ammonius scriptoris magister. Hi omnes, uno tantum excepto cuius nomen non memoratur [1]), ex aliis Plutarchi scriptis noti sunt. Cum vero de personis agere non mihi proposuerim, praetermittam quae de vita cuiusque et moribus Plutarchus ceterique scriptores tradiderunt, neque multus ero in uniuscuiusque interpretatione litterae E exponenda. Paucis tamen mihi liceat commemorare quae in diario, cui titulus Philologus, scripsit Roscher [2]). Qui postquam interpretationes, quae apud Plutarchum leguntur, redarguit neque eas, quae Göttling [3]) et Schultz [4]) protulerunt, satisfacere

---

[1]) Wyttenbach, Animadv. III pag. 277 eum putat esse unum ex hospitibus, quos Plutarchus in initio huius libri memoravit; neglegit tamen temporum rationem.

[2]) Philol. 1900 pag. 21—41: Die Bedeutung des E zu Delphi und die übrigen γράμματα Δελφικά; iterum rem tractat Philol. 1901 pag. 81—101.

[3]) Berichte der Sächs. Gesellsch. der Wissensch. 1846/7 pag. 311 sqq.

[4]) Philol. 1866 pag. 214 sqq.

demonstravit, litteram E idem valere quod εἶ, quae 2a pers. sing. imperat. a verbo ἰέναι sit, perhibet[1]). Quod ut probet varios locos affert, ubi in compositis verbi ἰέναι imperativus illam formam habet; quod ad simplex pertinet ei argumento est Hesychii glossa εἶ: πορεύου, lectorem simul deleganti ad ea, quae scripsit Baunack in Curt. Stud. zur Griech. und Lat. Gramm. X pag. 98; ad Rh. Mus. 1882 pag. 472 sqq., Baunack, Studiën 1: 41; Schulze, Quaest. epic. pag. 388 adn. 3. Quam sententiam pluribus novisque documentis in diario, cui Hermes titulus, 1901 pag. 470—489, defendit contra virum cl. Lagercrantz existimantem in littera eundem sensum inesse quem in ἦ, *dixerat*[2]).

ad cap. 1 pag. 384 E. F.

ὁ δ'οὖν φίλος Ἀπόλλων ἔοικε τὰς μὲν περὶ τὸν βίον ἀπορίας ἰᾶσθαι καὶ διαλύειν θεμιστεύων τοῖς χρωμένοις, τὰς δὲ περὶ τὸν λόγον αὐτὸς ἐνιέναι καὶ προβάλλειν, τῷ φύσει φιλοσόφῳ τῆς ψυχῆς ὄρεξιν ἐμποιῶν ἀγωγὸν ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν, ὡς ἄλλοις τε πολλοῖς δῆλόν ἐστι καὶ τῇ τοῦ E καθιερώσει.

Quotiescumque haec verba perlego, offendo in vocabulo φίλος, quod omnino ineptissimum est minimeque huic loco, ubi de ambigua Apollinis

1) Philol. 1900 pag. 25 sqq.
2) Herm. 1901 pag. 411—421. Cf. praeterea v. Herwerden, Lex. Suppl. s. v. εἶ.

sortilegi natura agit noster, convenit: exspectes potius epitheton, quod Apollinem designet ut *deum, qui oracula edit.*

Quae cum ita sint, haud scio an Plutarchus scripserit ὁ δ'οὖν ὀμφάλιος Ἀπόλλων, quae correctio sive quaeris quo modo vitium oriri potuerit sive spectas ad vocabuli vim atque notionem facillime defenditur. Saepissime enim librarii neglegentiores per haplographiam primam posterioris vocabuli syllabam omittunt, quae ultimae prioris simillima est. Itaque nemo negabit ex ΟΥΝ ΟΜΦΑΛΙΟΣ facillime ΟΥΝ ΦΙΛΟΣ nasci posse.

Quod ad ipsum vocabulum ὀμφάλιος attinet: deductum est a voce ὀμφαλὸς ut Παρνάσιος, Δήλιος alia a substantivis Παρνασός, Δῆλος aliis: Apollini autem aptissimum est, quippe qui oraculo praesit Delphico; Delphorum urbem autem poetae Graeci saepius nomine ὀμφαλὸς designant, cf. e. g. Pind. Pyth. IV: 74; VI: 3; Nem. VII: 33; Soph. Oed. Reg. 480; Eurip. Ion. 5[1]).

In sequentibus Dübner post ψυχῆς distinxit, Bernadacis post φιλοσόφῳ, idem pro τῆς ψυχῆς edidit τῇ ψυχῇ nullo quoad sciam codice fretus; melius Paton, qui post προβάλλειν incidit ut verba τῷ φύσει φιλοσόφῳ τῆς ψυχῆς pertineant ad sequentia ὄρεξιν

1) Cf. Hesych. s. v. ὀμφαλός.

ἐμποιῶν. Sunt autem verba τῷ φύσει φιλοσόφῳ arcte inter se cohaerentia, quae vertas: *ei animi parti, quae natura sapientiae appetens est,* cf. Quaest. Conv. V prooem. pag. 673 B.: τὸ φύσει φιλοθέαμον καὶ φιλόσοφον τῆς ψυχῆς.

ad pag. 385 A.

Plutarcho auctore consentaneum est litteram E neque forte fortuna neque sortitione quadam unam ex omnibus litteris [1]) apud deum in προεδρίᾳ collocatam esse ut magnificum donarium loco conspicuo in templo suspensum, ἀλλ' ἢ δύναμιν αὐτοῦ κατιδόντας ἰδίαν καὶ περιττὴν ἢ συμβόλῳ χρωμένους πρὸς ἕτερόν τι τῶν ἀξίων σπουδῆς τοὺς ἐν ἀρχῇ περὶ τὸν θεὸν φιλοσοφήσαντες οὕτω π ρ ο σ έ σ θ α ι.

Wyttenbach, Animadv. III pag. 273, coniectura, quam Reiske fecerat, spreta post θεὸν interpunxit et verba τοὺς περὶ τὸν θεόν, φιλοσοφήσαντας vertit: *ministros et sacerdotes Apollinis in templo Delphico, philosophando* . ., qua in re, si quid sentio, vehementer erravit. Quamquam enim dictioni οἱ περί τινα saepius inest notio, quam hoc loco inesse credit vir cl., tamen quae Plutarchus cap. 3⁰ tradit quominus

[1]) Roschero, Philol. 1900 pag. 22, 28 virum cl. Göttling secuto hoc loco γράμματα idem significare videtur atque προγράμματα, *praecepta*; unde effecit litteram E praeceptorum primum ordine fuisse; minus recte, ut arbitror; quae enim vis adiectivi μόνον esset, nisi γραμμάτων verteretur *litterarum*?

cum eo faciamus impediunt. Ubi Lamprias, Plutarchi frater, litteram E a Chilone, Thalete, Solone, Biante, Pittaco Apollini dedicatam esse docet ut Cleobulo et Periandro adversarentur potentia magis quam virtute et sapientia nomen sapientum aucupantibus. Cum autem nemo ex iis, qui disputationi intersunt, Lampriae verba ad hanc quidem rem spectantia redarguat, procul dubio omnes existimabant, quod vulgo putabatur, sapientes illos Delphicorum praeceptorum auctores fuisse [1]). Qua re interpretatio viri cl. Wyttenbach stare non potest. Ceterum noli cum viro cl. Reiske τὸν θεὸν mutare in τοῦ θεοῦ, neque Cobeto auctore post ἐν ἀρχῇ inserere τά: utrumque enim neutiquam necessarium est, cf. Isocr. περὶ ἀντιδ. § 45: οἱ δὲ περὶ τοὺς ποιητὰς ἐφιλοσόφησαν; Arist. Polit. III cap. 8: τῷ περὶ ἑκάστην μέθοδον φιλοσοφοῦντι; VIII cap. 5: οἱ περὶ τὴν παιδείαν ταύτην πεφιλοσοφηκότες. E quibus locis satis apparet verba τοὺς περὶ τὸν θεὸν φιλοσοφήσαντες sana esse, quae vertas: *eos, qui dei naturam cognoscere studebant.*

In proxime sequentibus pro π ρ ο σ έ σ θ α ι Cruser rectissime legit προθέσθαι, quae coniectura sustinetur lectione codicum P en V²; etiam B habet προσέσθαι superscripta littera θ. Praeterea προτιθέναι vox solemnis est de rebus, quae proponuntur in publico;

[1]) Cf. Roscher, Philol. 1900 pag. 29, adnot. 16.

sic apud Plutarchum scriptum exstat vit. Cicer. cap. 32: ὁ Κλώδιος διάγραμμα[1]) προύθηκε: Clodius edictum *proposuit*.

ad cap. 2 pag. 385 C.

Omnibus probantibus Ammonius deum non minus philosophum quam vatem esse variorum nominum eius interpretatione demonstravit; ἐπεὶ δὲ τοῦ φιλοσοφεῖν, ἔφη, τὸ ζητεῖν τὸ θαυμάζειν καὶ ἀπορεῖν, εἰκότως κ. τ. λ.

In his aliquid deesse intellexerunt Reiske, Bernadacis, Cobet, Paton, quorum alius aliud proposuit, ut in re minime certa, ubi solus rerum contextus ansam praebeat. Ego, ut etiam ψῆφον προσθῶμαι, quam tamen haud ignoro calculum Minervae non esse, propono: τὸ ζητεῖν <ἐστι καὶ> τὸ θαυμάζειν καὶ ἀπορεῖν.

ad cap. 5 pag. 386 C.

Ἔστι γάρ, ὡς ὑπολαμβάνουσι Δελφοί καί τε προηγορῶν ἔλεγε Νίκανδρος ὁ ἱερεύς, σχῆμα (Mez.; cod. ὄχημα) καὶ μορφὴ τῆς πρὸς τὸν θεὸν ἐντεύξεως (sc. littera E.).

Reiske pro καί τε προηγορῶν „litterarum vestigiis

[1]) De hoc vocabuli διάγραμμα sensu, cf. Plut. vit. Marcell. cap. 24: καὶ γὰρ τὰ διαγράμματα τῶν ἀρχόντων Ἕλληνες μὲν διατάγματα, Ῥωμαῖοι δὲ ἔδικτα προσαγορεύουσιν.

ductus" commendavit καὶ τότε πρὸς ἡμᾶς ὁρῶν[1]); Wyttenbach locum diversis modis sanare conatus est. In editione enim, quae anno 1796 prodiit, verba laudata corrigenda censuit in καὶ τότε προηγορῶν vel καὶ τότε παρών, cui coniecturae congruenter vertit: *Nicander sacerdos tunc praesens;* in Animadversionibus contra, quae viginti quinque annis post editae sunt, proposuit[2]): ἔστι γάρ, ὡς ὑπολαμβάνουσι Δελφοί, τὸ EI (rectius τὸ E) προηγορῶν ἔλεγε Νίκανδρος ὁ ἱερεύς, et vertit: *Est sane, ut Delphi putant, aiebat Nicander sacerdos, hanc eorum opinionem defendens, littera E figura* et quae seq; recentiores, Dübner, Bernadacis, Paton in textum receperunt καὶ τότε προηγορῶν.

Priusquam autem loco, quem supra exscripsi, damus operam, de orationis contextu agendum est, quem paulum conturbatum Wyttenbach existimavit[3]); quem si expedire nobis contigerit spes loci corrigendi maior atque firmior erit.

Capite 3⁰ Lamprias, quae de vi atque significatione litterae E audiverat, exponit. Ad ea Ammonius nihil respondet suspicatus Lampriam, quae ipse sentiret, non protulisse, verum id tantum petiisse ut rationem non redderet. Alius vero ex iis, qui adsunt, effata Lampriana acerrime impugnat

[1]) Animadv. in Graec. auct. pag. 240.
[2]) Animadv. III pag. 277.
[3]) Animadv. l. l.

nec quidquam differre contendit ab iis, quae nuper Chaldaeus quidam hospes nugatus esset: ἀλλὰ ταυτὶ μέν, ἔφη, παντάπασιν ἐκ πίνακος καὶ πυλαίας [1]). Hucusque omnia recte sese habent. Sequuntur deinde haec: ὁ δὲ Λαμπρίας ἔλαθεν, ὡς ἔοικε, τοὺς ἀφ' ἱεροῦ κινήσας ἐπὶ τὸν αὑτοῦ λόγον. ἃ μὲν γὰρ ἐκεῖνος εἶπεν, οὐδεὶς ἐγίγνωσκε Δελφῶν. τὴν δὲ κοινὴν καὶ περιηγητικὴν δόξαν εἰς τὸ μέσον προῆγον, οὔτε τὴν ὄψιν ἀξιοῦντες οὔτε τὸν φθόγγον ἀλλὰ τοὔνομα μόνον τοῦ γράμματος ἔχειν τι σύμβολον. Totum locum exscripsi propterea quod auctore viro cl. Wyttenbach rerum contextum conturbare videtur. Id autem ei assentiri non possum: sunt, si quid video, verba Plutarchi, quibus partem dialogi, quae magni momenti non est, quam brevissime refert: non solum ἕτερός τις τῶν παρόντων sed etiam alii Lampriae verbis incitati repugnant eius interpretationi, quos, cum omnes idem sentiant neque quid opponant, quod facultatem ulterius disputandi praebeat, neque nominatim neque e sua persona loquentes Plutarchus inducit.

Iam ad locum, unde digressi sumus, redeamus. Etiam Nicander eandem quam Delphi sententiam habet, quod satis apparet ex particula γὰρ et verbis ὡς ὑπολαμβάνουσι Δελφοί, quae verba minus recte

[1]) De hac dictione videas quae exposuit Naber, Mnemos. 1900 pag. 134—138.

Bernadacis et Paton Nicandri orationi ademerunt. Quid autem sibi vult προηγορῶν? Duplex huius verbi vis est: saepe eundem sensum habet quem Latinum *defendere aliquem*, *causam alicuius agere*[1]); ceteris locis tantum non omnibus valet: *aliorum nomine verba facere*[2]). Cum autem Nicander neque alterius sententiam defendat neque aliorum loco verba faciat, vix dubitandum est quin προηγορῶν vitiose traditum sit. Deinde, si nobiscum reputamus Delphos interpretationem eorum, qui hospites ad ea, quae visenda erant, ducere solebant[3]), defendere atque probare et Nicandrum cum iis consentire, quaeritur num Plutarchus scripserit π ε ρ ι η γ η τ α ί. Quin etiam satis probabilis nobis haec coniectura videbitur observantibus quanta sit similitudo vocabulorum ΠΡοΗΓορων et ΠεΡιΗΓηται. Totus igitur locus sic legatur: Ἔστι γάρ, ὡς ὑπολαμβάνουσι Δελφοὶ καὶ οἱ π ε ρ ι η γ η τ α ί, ἔλεγε Νίκανδρος ὁ ἱερεύς, vel, ut hiatus evitetur, cum codice P.: Νίκανδρος ὁ ἱερεὺς ἔλεγε.

ad cap. 6 pag. 386 E.

Ταῦτα τοῦ Νικάνδρου διελθόντος, οἶσθα γὰρ δὴ Θέωνα

[1]) Cf. e. g. Plut. vit. Brut. cap. 6.

[2]) Cf. Plut. vit. Camill. cap. 6; Xenoph. Anab. V: 5: 7; Hell. II: 2: 22; Suid. s. v. προηγόρει; Hesych. s. v. προηγόρησαν; Thom. Mag. pag. 705, qui utrumque sensum memorat.

[3]) Ita vocabulum περιηγηταί auctore Cicerone (Verr. IV: 59 § 132) περιφραστικῶς vertam.

τὸν ἑταῖρον, ἤρετο τὸν Ἀμμώνιον εἰ διαλεκτικῇ παρρησίας μέτεστιν οὕτω περιυβρισμένῃ ἀκηκουίᾳ.

Pro περιυβρισμένῃ, quae omnium codicum lectio est, nisi quod D, V[1], B, F iota subcriptum omiserunt, Paton scripsit περιυβριζομένης, quae coniectura, quoniam non facile quis intelleget quid sit διαλεκτικῇ παρρησίας μέτεστιν οὕτω περιυβριζομένης ἀκηκουίᾳ, minime mihi arridet. Nec locus quidquam difficultatis praeberet, si deteriores tantum codices participium ἀκηκουίᾳ haberent: quo expuncto in promptu erat legere περιυβρισμένῃ, ut scriptum exstat in editione Wyttenbachiana, quam Dübner secutus est. Cum autem participium ἀκηκουίᾳ in optimis libris [1]) legatur, περιυβρισμένῃ mihi videtur interpolatoris esse verba οὕτως ἀκηκουίᾳ explicantis.

ad pag. 386 E.

ἔτι δ', ὥσπερ Πλάτων ἔλεγε, χρησμοῦ δοθέντος ὅπως τὸν ἐν Δήλῳ βωμὸν διπλασιάσωσιν [2]), ὃ τῆς ἄκρας ἕξεως περὶ γεωμετρίαν ἔργον ἐστίν, οὐ τοῦτο προστάττειν τὸν θεόν, ἀλλὰ καὶ γεωμετρεῖν διακελεύεσθαι τοῖς Ἕλλησιν, οὕτως κ. τ. λ.

Paton aut vocabulum *καί*, quod in codice E deest, delendum censet — quae etiam sententia est viri cl. Bernadacis — aut locum sic supplendum: οὐ<χ οὕτως

[1]) D et F[1], de quibus vide Pat. praef. pag. VII, X, XIV.

[2]) De arae duplicatione et quomodo veteres eam effecerint, vide Cantor, Vorlesungen über Gesch. der Mathem. I pag. 194—197.

ἁπλῶς> τοῦτο προστάττειν. Neutrum mihi placet. Neque enim codex E, quamvis magna sit eius auctoritas, semper solus veras lectiones exhibet neque ea erat oraculi sententia ut Graeci arae Deliacae modum duplicarent et *praeterea* arti geometricae darent operam, verum verbis satis obscuris Apollo Graecos iussit bellis atque discordiis desistentes omnibus viribus eniti ut semet ipsos erudirent. Cf. de Gen. Socrat. cap. 7 pag. 579 C. D, ubi Platonis responsum tradit Plutarchus Deliis de oraculi vi consulentibus datum, in primis ultima illius capitis verba: μὴ τοῦτο (h. e. arae duplicationem) δ'οἴεσθαι χρῆναι ποθεῖν τὸν θεόν, ἀλλὰ προστάσσειν Ἕλλησιν πᾶσι πολέμου καὶ κακῶν μεθεμένους Μούσαις ὁμιλεῖν καὶ διὰ λόγων καὶ μαθημάτων τὰ πάθη καταπραΰνοντας ἀβλαβῶς καὶ ὠφελίμως ἀλλήλοις συμφέρεσθαι. Quae cum ita sint, aliter loco subveniendum est. Quid, si pro ΑΛΛΑΚΑΙ legis ΑΛΛ' ΑΕΙ? Permagni Plato artem geometricam aestimabat, quippe quae animum optime ideis contemplandis assuefaceret, cf. e. g. de Rep. VII, cap. 9 pag. 526 E., 527 B.

ad pag. 386 F.

Theo defensione artis dialecticae suscepta particulam εἰ plurimum valere contendit, quippe quae enuntiationem componat omnium maxime humanae rationi congruentem: πῶς γὰρ ἂν οὐ τοιοῦτο τὸ συνημμένον,

εἴγε τῆς μὲν ὑπάρξεως τῶν πραγμάτων ἔχει καὶ τὰ θηρία γνῶσιν, ἀκολούθου δὲ θεωρίαν καὶ κρίσιν ἀνθρώπῳ μόνῳ παραδέδωκεν ἡ φύσις;

Bruta animalia nihil aliud sentiunt nisi *res esse*, homines contra intellegunt quo modo aliud ex alio exoriatur atque nascatur. Opponitur igitur iudicio consequentiae ⟨ἡ⟩ τῆς ὑπάρξεως γνῶσις, quod cum ita sit, vix dubitandum est quin Plutarchus scripserit ⟨τοῦ⟩ δ'ἀκολούθου κ. τ. λ.

Simili vitio laborare videntur verba, quae in capite 8 pag. 388 A. leguntur: καὶ γάμος ἐπωνόμασται (sc. ἡ πεμπάς) τῇ τοῦ ἀρτίου πρὸς τὸ θῆλυ, περιττοῦ τε [1]) αὖ πρὸς τὸ ἄρρεν ὁμοιότητα. Hoc quoque loco articulus omitti non potest, itaque transpone: ⟨τοῦ⟩ δ'αὖ περιττοῦ, ut simul tollatur hiatus.

ad pag. 387 D.

ὁ δ' Ἡρακλῆς οὔπω τὸν Προμηθέα λελυκὼς οὐδὲ τοῖς περὶ τὸν Χείρωνα καὶ Ἄτλαντα σοφισταῖς διειλεγμένος, ἀλλὰ νέος ὢν καὶ κομιδῇ Βοιώτιος, ἀναιρῶν τὴν διαλεκτικὴν καὶ καταγελῶν τοῦ Ε τὸ πρῶτον, τὸ δεύτερον ὑποσπᾶν ἔδοξε βίᾳ τὸν τρίποδα καὶ διαμάχεσθαι πρὸς τὸν θεὸν ὑπὲρ τῆς τέχνης, ἐπεὶ προιὼν γε τῷ χρόνῳ καὶ οὗτος ἔοικε μαντικώτατος ὁμοῦ γενέσθαι καὶ διαλεκτικώτατος.

---

[1]) Pro τε, quod soli P et V^3 habent, in reliquis codicibus legitur δέ.

Fabula, qua Hercules narrabatur cum Apolline de tripode concertavisse notissima erat: certamen illud poetae carminibus celebrabant [1]), opifices in vasis figulinis depingebant, in gemmis nummisque incidebant [2]). Erat Delphis Phocensium donum post pugnam cum Thessalis commissam deo consecratum; scriptores vero perpauci eius mentionem faciunt: veluti Apollodorus, Bibl. II: 130, 131; Pausanias, X: 13: 4; obiter attingunt Plutarchus etiam de Ser. Num. Vind. cap. 12 pag. 557 C.; cap. 17 pag. 560 D. et Cicero de Nat. Deor. III: 16: 42.

Quod autem attinet ad locum supra exscriptum: quid sibi velint verba τὸ πρῶτον, τὸ δεύτερον vel, ut est in codice P., τὸ πρῶτον, δεύτερον non intellego, neque quo modo obscuritas verborum tollatur lectione codicis E τὸ πρῶτον καὶ τὸ δεύτερον, quod Emper iam coniecerat vertens: *si primum, est et secundum.*

Suspicor in ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ latere ΤΟ ΔΕ ΥΣΤΕΡΟΝ, quae vocabula facillime inter se confundi possunt, quippe quae simillima sint; etiam rerum contextus pro correctione facit: aucta aetate Hercules, qui primum indoctus et plane Boeotius

---

[1]) Paus. X: 13: 4.
[2]) Cf. Baumeister, Denkm. d. klass. Altert. I, pag. 463 sq.

erat, postea divinationis et artis dialecticae peritissimus factus est.

At altera difficultas restat vel potius ipsa correctione, quam proposui, orta est. Particula enim δὲ inserta — τὸ δὲ vel τὸ δ'ὕστερον — sententia in duas partes dividitur, quarum utraque suum verbum finitum habeat necesse est. Duplex autem ratio est, qua hoc incommodum tolli possit: aut participia ἀναιρῶν et καταγελῶν mutanda sunt in ἀναιρεῖ et καταγελᾷ, aut post πρῶτον inserendum est ⟨φανερός⟩, vel ⟨δῆλος ἦν⟩; quod equidem praetulerim: nam hoc Plutarchi scriptum, quamquam inter lacunosiora numerandum non est, tamen lacunis non vacat in nullis libris mss. notatis, cf. pag. 385 B.; 385 C.; 386 D.; 388 D.; 390 A., ubi cum viro cl. Wyttenbach legatur τὸν δὲ πέμπτον ⟨οἵ μὲν⟩ οὐρανὸν . . . καλοῦσιν.

ad pag. 387 A.

ἐπεὶ τοίνυν φιλοσοφία μὲν περὶ ἀλήθειάν ἐστιν, ἀληθείας δὲ φ ῶ ς ἀπόδειξις, ἀποδείξεως δ'ἀρχὴ τὸ συνημμένον, εἰκότως κ. τ. λ.

Pro δὲ φῶς, quae omnium codicum lectio est, Paton δ'ὅ ρ ο ς proposuit et in textum recepit. Nihil autem offensionis vocabula ἀληθείας φῶς habent, dummodo meminerimus vocabulum φῶς, ut apud Latinos *lumen*, idem valere quod fenestram, locum,

quo lux intrat. Eodem sensu a Plutarcho adhibetur de Curios. cap. 1 pag. 515 B.: ἂν δὲ φιλοχωρῇ τις ὑπὸ συνηθείας, ἔστι καὶ φ ῶ τ α μ ε τ α θ έ ν τ α καὶ κλίμακα μεταβαλόντα . . . λαμπροτέραν, εὐπνουστέραν, ὑγιεινοτέραν (τὴν οἰκίαν) ἀπεργάζεσθαι.

Itaque Theone auctore ἀπόδειξις est lumen veritatis, i. e. adiumentum, ut ita dicam, ad veritatem cognoscendam, quibus verbis conferas quae apud Ciceronem leguntur, Acad. II: 8: 26: itaque argumenti conclusio, quae est Graece ἀπόδειξις, ita definitur: ratio, quae ex rebus perceptis ad id, quod non percipiebatur, adducit.

ad cap. 7 pag. 387 E.

Postquam Theo orationis finem fecit Eustrophus Atheniensis incitat Plutarchum ut exponat quid mathematici de litterae E significatione, sentiant: quos de hac re tacere aequum non esse, quippe qui omnium rerum cum humanarum tum divinarum naturae atque principia ad numerum referant. Est sententia longior, cuius prior pars difficultatem non affert, posterior tamen tanta varietate in codicibus legitur, ut eam hoc inusitato modo exscribere mihi liceat: ἀλλὰ (εἰκός ἐστιν ἡμᾶς) ἀπάρξασθαι τῷ θεῷ τῆς φίλης μαθηματικῆς

{ βουλομένους B, F^2, V^3, A, E, Vat. Pet.
{ βουλομένοις Pal.
{ deest vocabulum in D, V^1, F^1.
} αὐτὸ μὲν

ἐφ' ἑαυτοῦ μήτε δυνάμει . . . τὸ E τῶν ἄλλων στοιχείων { ἡγουμένους F[1], addit διαφέρειν F[2]. | ἡγούμενος D, V[1]. | διαφέρειν ἡγουμένους rell. codd. } ὡς δὲ μεγάλου πρὸς τὰ ὅλα . . . σημεῖον ἀριθμοῦ τετιμῆσθαι τῆς πεμπάδος, κ. τ. λ.

Licet admodum difficile esse videatur, immo fortasse omnino fieri nequeat ut ex tot lectionum confusione eruatur quid ipse scriptor dederit, eo certe perveniri posse existimo ut sententia ad rerum contextum accommodata existat. Cui rei vide ne Wyttenbach optime satisfecerit: scripsit enim lectionem codicis F secutus:.. μαθηματικῆς... διαφέρειν ἡγουμένους, idemque Bernadacis edidit. Quod contra Paton edidit, suas coniecturas in textum recipiens:.. μαθηματικῆς, βουλομένης... ἡγούμενον, id minime approbare possum. Quid enim sibi velit ἡ μαθηματικὴ βούλεται nemo facile intellegat; praeterea verbum βούλεσθαι coniungi posse cum infin. cum part. et verbi vis et ratio negant.

ad cap. 8 pag. 388 C.

ὡς γὰρ ἡ φύσις λαβοῦσα πυρὸν ἐν σπέρματι καὶ χεαμένη πολλὰ μὲν ἐν μέσῳ φύει σχήματα καὶ εἴδη, δι' ὧν ἐπὶ τέλος ἐξάγει τὸ ἔργον, κ. τ. λ.

Recte Paton memorata scripturae discrepantia [1])

[1]) χθαμένη Vat. P.; χ . . αμένη E.

annotavit vocabulum χεαμένη vix genuinum esse posse neque tamen emendationem proposuit. Neque versio viri cl. Xylandri quidquam auxilii affert: „sicut enim natura triticum loco seminis accipiens [1]), multas alternando eo mutandoque . . .” Suspicor Plutarchum scripsisse δεξαμένη, quod si non tantopere rationibus palaeographicis defenditur, optime tamen rerum contextui convenit.

ad pag. 388 D.

Plutarchus, postquam superioribus proximis egit de natura atque proprietate numerorum 5 et 6, tractat quod soli numero 5 proprium est: τῇ δὲ πεμπάδι καὶ τοῦτο μὲν συμβέβηκε κατὰ πολλαπλασιασμόν, ἰδίως δὲ τὸ κατὰ σύνθεσιν ἑαυτὴν ἢ δεκάδα ποιεῖν παρὰ μέρος ἐπιβαλλούσης αὐτῇ κ. τ. λ.

Duo ultima vocabula, licet omnes codices habeant ἐπιβαλλούσης αὐτῇ, Madvig mutavit in ἐπιβαλλούσῃ ἑαυτήν, Emper in ἐπιβάλλουσαν αὐτῇ; haec Paton in textum recepit, qui tamen, cum in melioribus codicibus lectio admodum discrepans inveniatur [2]), putavit Plutarchum haec fere scripsisse: ἰδίως δέ τε κατὰ σύνθεσιν δεκάδι μὲν αὐτήν, τῇ δὲ δεκάδα ποιεῖν παρὰ μέρος ἐπιβαλλούσαις αὐτῇ.

[1]) Praestitit, ni fallor, *postquam accepit.*

[2]) D, V[1], reliq. καθ' ἑαυτὴν ἢ (ἣ D) δεκάδα ποιεῖ (ποιεῖν V[1]).

Nihilominus mihi constat deteriorum codicum [1]) lectionem multo praestare ei, quam Paton partim e melioribus partim e coniectura composuerit. Nam si numero 5 addis 5 vel numerum, quod fit ex multiplicatione cum alio numero — vernacula lingua dixeris: *een veelvoud van vijf* — summa alternis vicibus in 5 et o desiniet; itaque recte noster scripsit ἡ πεμπὰς κατὰ σύνθεσιν ποιεῖ παρὰ μέρος ἑαυτὴν ἢ τὴν δεκάδα. Hanc autem proprietatem numeri quinarii Plutarchum spectare satis apparet e verbis, quae paulo inferius, pag. 388 E. leguntur. Verborum igitur interpretatio usque ad ποιεῖν παρὰ μέρος nihil difficultatis habet; restant vocabula ἐπιβαλλούσης αὐτῇ, quae quomodo Madvig, Emper, Paton mutaverint, supra memoravi; num locus sanetur tamen alterutra coniectura valde dubito. Quaestio, opinor, inprimis non haec est quae participii *forma* fuerit, verum *quo loco* verba ponenda sint; quo enim nunc leguntur rerum contextum conturbant atque impediunt. Collatis vero quae scripsit noster pag. 388 D.: ἔτι δὲ μᾶλλον αὐτὸς ἐπιβάλλων ἑαυτῷ καὶ συντιθέμενος δείκνυσι τὴν διαφορὰν ἑκάτερος [2]) manifesto apparet in prima sententiae parte collocanda esse, ut Plutarchus dederit: ἰδίως δὲ τὸ

---

[1]) P, V³.

[2]) Agitur de discrepantia, quae inter numeros pares et impares est.

κατὰ σύνθεσιν, ἐπιβάλλουσαν ἑαυτῇ, ἑαυτὴν ἢ δεκάδα ποιεῖν παρὰ μέρος.

Siquidem σύνθεσις et συντιθέναι dicitur numerorum *additio* et *addere*, ἐπιβάλλειν ἑαυτῷ de numeris valet *sibi addere*, hoc iure illi subiungitur, quippe quo vox nimis ampla definiatur altera, cuius vis circumcisior sit.

ad cap. 9 pag. 389 C.

ὅπερ τρία πρὸς ἕν, τοῦτο τὴν διακόσμησιν οἰόμενοι χρόνῳ πρὸς τὴν ἐκπύρωσιν εἶναι.

Ita Wyttenbach et Bernadacis ediderunt; Paton, cum in codicibus D et F¹ post ἓν legatur οὖσα, textui inseruit οὐσίᾳ, minime recte, ut postea videbimus. Subest scilicet huic loco vitium, quod prius tollendum est. Nam, ut statim dicam quid sentiam, verba, quae supra exscripsi, plane discrepant cum prioribus proximis: ἐπεὶ δ'οὐκ ἴσος ὁ τῶν περιόδων ἐν ταῖς μεταβολαῖς χρόνος, ἀλλὰ μείζων ὁ τῆς ἑτέρας ἣν κόρον καλοῦσιν, ὁ δὲ τῆς χρησμοσύνης ἐλάττων, τὸ κατὰ λόγον τηροῦντες ἐνταῦθα τὸν μὲν ἄλλον ἐνιαυτὸν παιᾶνι χρῶνται περὶ τὰς θυσίας, ἀρχομένου δὲ χειμῶνος ἐπεγείραντες τὸν διθύραμβον, τὸν δὲ παιᾶνα καταπαύσαντες τρεῖς μῆνας ἀντ' ἐκείνου τοῦτον κατακαλοῦνται τὸν θεόν.

Nonne luculenter ex his apparet secundum sacerdotes Delphicos tempus exustionis triplo longius esse quam mundi instaurati tempus? Ex illis vero prorsus

contrarium collegeris. Itaque pro EN legatur ENNEA. Trium literularum NEA omissio haud scio an causa fuerit cur librarius temere istud οὖσα omni sensu carens in lacuna inseruerit.

ad cap. 10.

Plutarchus, postquam capitibus proximis egit de numeri quinarii vi quod ad mundi procreationem et combustionem, hoc capite eundem numerum in musica plurimum valere ostendit. Cuius artis cum imperitissimus sim, libenter hoc caput praetermitterem nisi essent, ad quae restituenda ratio ipsa sufficeret. Erit mihi res non cum Plutarcho sed cum viro cl. Paton, qui quamvis μουσικώτατος ut ipse Apollo sit, tamen hoc quidem capite minime se praestat λογιστικόν.

Quinque secundum Plutarchum harmoniae sunt, pag. 389 D.: καὶ λόγος ἐστὶ τῆς μὲν διὰ τεσσάρων ἐπίτριτος, τῆς δὲ διὰ πέντε ἡμιόλιος, διπλάσιος δὲ τῆς διὰ πασῶν, τῆς δὲ διὰ πασῶν καὶ διὰ πέντε τριπλάσιος, τῆς δὲ δὶς διὰ πασῶν τετραπλάσιος.

Ita Wyttenbach, Dübner, Bernadacis ediderunt, quae omnium codicum lectio est exceptis D, V, F^1, qui vocabulo τετραπλάσιος omisso exhibent τὴν δὶς διὰ πασῶν. Haec verba uncis inclusa edidit Paton addens in annotatione: „reliqui (sc. codices) interpolatorium opus exhibent". Id vero minime

viro cl. assentiri possum, immo vero codices deteriores locum, qui in melioribus mutile traditus est, integrum conservavisse nemo negabit, qui animadverterit illam δὶς διὰ πασῶν quintam harmoniam esse[1]). Minus igitur recte Paton meliorum codicum lectionem secutus est; item erravit vir cl. initio capitis: ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἱκανοῦ καιροῦ ἀπομεμήκυνται. δῆλον δὲ ὅτι[2]) συνοικειοῦσιν αὐτῷ ἔνιοι τὴν πεμπάδα, νῦν μὲν αὐτὴν ἑαυτὴν ὡς τὸ πῦρ, αὖθις δὲ τὴν δεκάδα ποιοῦσαν ἐξ αὐτῆς ὡς τὸν κόσμον, verba δῆλον . . κόσμον secludens. Nihil offensionis habent; neque causam cur ea deleverit Paton putans: „commentatoris esse ἀκεφάλῳ λόγῳ caput imponentis", omnes probabunt.

ad cap. 15 pag. 391 A.

Τὸ δὲ μέγιστον, ἔφην, δέδια μὴ ῥηθὲν πιέζῃ τὸν Πλάτωνα ἡμῶν, ὡς ἐκεῖνος ἔλεγε πιέζεσθαι τῷ τῆς σελήνης ὀνόματι τὸν Ἀναξαγόραν, παμπάλαιον ἔχουσάν τινα τὴν περὶ τῶν φωτισμῶν δόξαν αὐτοῦ ἰδίαν ποιούμενον.

Pro ἔχουσαν et αὐτοῦ, quae codicum D, V^1, F^1 lectiones sunt, reliqui habent οὖσαν et αὐτῆς; hos Wyttenbach et Dübner secuti sunt, etiam Bernadacis οὖσαν in textum recepit, pro αὐτῆς tamen edidit αὐτοῦ; illorum contra scripturam Paton tutatus

[1]) De harmonia δὶς διὰ πασῶν cf. Gevaert et Vollgraff, les Problèmes musicaux d'Aristote pag. 24.

[2]) Paton e sua coniectura edidit δῆλον ὡς.

post τινὰ vocabulo πατέρα inserto edidit ἔχουσάν τινα π α τ έ ρ α, idem ἰδίαν seclusit.

Cum utraque lectio suas difficultates praebeat — nam παμπάλαιον οὖσάν τινα τὴν δόξαν aeque ineptum est atque παμπάλαιον ἔχουσάν τινα τὴν δόξαν — et, praeterquam quod utique codices D, V[1], F[1], meliores sunt, probabilius sit participium ἔχουσαν depravatum esse in οὖσαν, recte Paton trium illorum codicum lectionem in textum recepit; num vero recte suppleverit πατέρα, vehementer dubito. Nam, ut omittam nullis argumentis comprobari posse ipsum vocabulum πατέρα e textu intercidisse, difficultas quo modo articulus τὴν interpretandus sit, eius emendationem satis redarguit. Ex antiquis philosophis alius aliter de phaenomenis iudicabat; ex his autem opinionibus Anaxagoras unam, quasi sua ipsius esset, promulgabat. Quae cum ita sint, fieri non potest quin articulus τὴν falso traditus sit. Neque tamen casu in textum irrepsit, sed, si quid video, latet in eo ultima vocabuli mutilati pars; id autem ἀρχὴν fuisse veri simillimum est: confer sis, TINATHN et THN A<PX>HN, quanta sit similitudo statim animadvertes, mihique dabis παμπάλαιον ἔχουσαν τὴν ἀρχὴν περὶ φωτισμῶν δόξαν, *opinionem de phaenomenis, cuius origo perantiqua sit* ad sententiam aptissimum esse, cum in rebus ad cosmologiam pertinentibus Anaxagoras in primis

Anaximenem secutus sit, cf. Windelband, Gesch. d. alt. Philos. pag. 54; Burnet, Early Greek Philos. pag. 295 sqq.

Obiter moneam Pape in lexico Platonis locum, Cratyl. cap. 24 pag. 409 A., laudantem verbum πιέζειν minus recte vertere *widerlegen;* ut saepius, ita illo loco valet *molestia afficere.*

ad cap. 18 pag. 392 C.

Ammonius, postquam capite proximo sibi videri declaravit litteram E idem valere quod εἶ, *es*, qua appelatione homines deum ipsos verbis γνῶθι σεαυτὸν salutantem, resalutent, hic sententiam suam exponit hominem neutiquam τοῦ ὄντως ὄντος participem esse: ridicule igitur mortales unam mortem timere, quippe qui toties iam mortui sint semperque denuo moriantur: οὐ γὰρ μόνον, ὡς Ἡράκλειτος ἔλεγε, πυρὸς θάνατος ἀέρι γένεσις, καὶ ἀέρος θάνατος ὕδατι γένεσις, ἀλλ' ἔτι σαφέστερον ἐπ' αὐτῶν ᾗ δ ι' ὧ ν φθείρεται μὲν ἀκμάζων γιγομένου γέροντος κ. τ. λ.

Verba dedi secundum scripturam codicum D, F[1]. Pro ᾗ δι' ὧν, quae vocabula procul dubio mendosa sunt, reliqui codices habent ἴδοις ἄν, Eusebius, qui Plutarchi verba inde a cap. 17 pag. 391 F.: οὔτε οὖν ἀριθμὸν usque ad cap. 20 pag. 393 B.: εἰς γένεσιν ἐξίσταται τοῦ μὴ ὄντος laudat [1]), ἡμῶν habet.

[1]) Praep. Ev. lib. XI cap. 11.

Hinc magna discrepantia inter viros doctos, qui hunc librum ediderunt: Wyttenbach plerosque codices secutus scripsit ἐπ' αὐτῶν ἴδοις ἄν, item Dübner; Bernadacis ἐπ' αὐτῶν ἡμῶν, Paton e vocabulis ᾗ δι' ὧν eruit ἡλικιῶν, etiam ἐπ' αὐτῶν in ἐπὶ τῶν mutandum censuit neque tamen mutare ausus est; idem ante φθείρεται inseruit φησί.

Quominus cum viro cl. Paton faciam imprimis me numerus correctionum impedit, neque magis, quae Wyttenbach, Dübner ediderunt, mihi placent, cum quid sibi velit ἐπ' αὐτῶν haud facile quispiam dixerit. Cum autem librarii ΑΥΤΩΝ et ΑΝΩΝ, i. e. ἀνθρώπων, nonnumquam inter se confundant [1]), hoc pro illo reponendum esse existimo, ut Plutarchus scripserit: ἔτι σαφέστερον ἐπ' ἀνθρώπων ἴδοις ἂν . . .

In sequentibus noli cum viro cl. Paton γιγνομένου mutare in γενομένου, quae codicum Pal. V^3 scriptura est et apud Eusebium legitur: non enim qui aetate floret interit *postquam* senex *factus est*, verum *senescens*.

In proximis pag. 392 D.: ἐπεὶ πῶς οἱ αὐτοὶ μένοντες ἑτέροις χαίρομεν νῦν, ἑτέροις πρότερον, τἀναντία φιλοῦμεν καὶ μισοῦμεν καὶ θαυμάζομεν καὶ ψέγομεν, ἄλλοις [2])

[1]) Cf. Cobet, Mnem. 1873 pag. 377.

[2]) Post ἄλλοις omnes fere codices habent δέ; omiserunt B. Pat. Euseb.

χρώμεθα λόγοις, ἄλλοις πάθεσιν οὐκ εἶδος, οὐ μορφήν, οὐ διάνοιαν ἔτι τὴν αὐτὴν ἔχοντες signum interrogationis vulgo post ἔχοντες ponitur; minus recte, ut opinor. Quod hominum animi isdem rebus alias aliter afficiuntur, id Ammonio maxime argumento est homines ipsos semper mutare. Quibuscum non congruit posterior sententiae pars ἄλλοις . . . ἔχοντες, immo vero sunt haec prorsus contraria, cum nullo negotio intellegatur homines forma atque mente mutata aliis verbis uti, aliter affectibus commoveri. Lenissima autem medela Plutarchi magistrum ab inconstantiae reprehensione vindicare possumus: interrogationis signum post ψέγομεν ponatur et reliqua sententiae pars legatur: ⟨ἀλλ'⟩ ἄλλοις... ἔχοντες: *verum alia oratione utimur, aliis affectibus afficimur quod eandem formam atque figuram, eandem mentem (quam antea) non amplius habemus.*

ad cap. 19 pag. 392 F.

Ammonius, postquam τὸ ὄντως ὂν circumscripsit, tempus quid sit exponit: id quasi vas corruptionis et geniturae esse. Cum *deinde*, *prius*, *erit*, *fuit* dicas, ex ipsis illis verbis satis superque apparere tempus minime τοῦ ὄντος particeps esse. Quod autem de praeterito et futuro demonstratum sit, id etiam de praesente verum esse rationem docere: ᾧ δὲ μάλιστα τὴν νόησιν ἐπερείδοντες τοῦ χρόνου τὸ ἐνέστηκε

καὶ τὸ πάρεστι καὶ τὸ νῦν φθεγγόμεθα, τοῦτο αὖ πάλιν ἄγαν ἐκδυόμενος ὁ λόγος ἀπόλλυσιν· ἐκθλίβεται γὰρ εἰς τὸ μέλλον καὶ τὸ παρῳχημένον.

Permagna variarum lectionum copia est: pro ᾧ δὲ Eusebii codices habent ἐν ᾧ δέ, idem ἐπερείδοντες; Plutarchi contra codices B. V^2 ὑπερείδοντες, ceteri ὑπεριδόντες; ἄγαν (ἅγαν D.), deest in B, Pal, Euseb.; pro ἐκδυόμενος legitur apud Eusebium ἐκλυόμενος.

Neque virorum doctorum emendationes desunt, quas omnes enumerare supersedeo, unam tantum, quae facilitate reliquas facile superat, mihi commemorare liceat, quamquam ne haec quidem omnibus partibus mihi placet: dico emendationem viri cl. Bernadacis. Qui cum in editione locum sic constituerit: ᾧ δὲ μ. τ. ν. ἐπερείδοντες .... πάλιν ἅπαν [1]) ἐκδυόμενος ὁ λόγος κ. τ. λ., in Symbolis pag. 76 legendum censet: ᾧ δὲ μ. τ. ν. ὑπερείδοντες vel ἐπερείδοντες .... πάλιν παρεισδυόμενος ὁ λόγος κ. τ. λ. Vereor tamen ne παρεισδυόμενος minus feliciter vir cl. coniecerit. Nam, praeterquam quod non tam facile, quam putat, intellegitur quo modo ΠΑΡΕΙΣΔΥΟΜΕΝΟΣ abire possit in ΑΓΑΝΕΙΣΔΥΟΜΕΝΟΣ, verbum παρεισδύεσθαι semper fere malo sensu adhibetur: valet enim *subripere*, *clam introire*

[1]) ἅπαν coniectura viri cl. Reiske est.

et se insinuare, cf. e. g. apud Plutarchum vit. Agid. cap. 3; Apophth. Lac. pag. 216 B.; Instit. Lac. cap. 42 pag. 239 F., item substantivum παρείσδυσις in malam partem usurpatur de Tranq. Anim. cap. 18 pag. 476 C. Verum ἄγαν aut delendum est, aut mutandum in ἅμα; illud suadent Eusebii codices, qui etiam unice veram lectionem τὴν διάνοιαν ἐπερείδοντες servant, hoc ad sententiam convenit, ut mox videbimus. Deinde cum praepositiones ΕΚ et ΕΙΣ saepissime inter se permutentur [1]), pro ΕΚδυόμενος restituatur ΕΙΣδυόμενος, *penetrans*, *immergens*.

Totus igitur locus sic legatur: ὃ δὲ μάλιστα τὴν νόησιν ἐπερείδοντες τοῦ χρόνου, τὸ ἐνέστηκε καὶ τὸ πάρεστι καὶ τὸ νῦν φθεγγόμεθα, τοῦτο αὖ πάλιν (ἅμα) εἰσδυόμενος ὁ λόγος ἀπόλλυσιν: quam temporis partem, maxime animum intendentes, dicimus instare, adesse, nunc ⟨esse⟩, eam rursus ratio (simul) penetrans perdit.

ad cap. 21 pag. 393 D.

Τοὺς δ' Ἀπόλλωνα καὶ ἥλιον ἡγουμένους τὸν αὐτὸν ἀσπάζεσθαι μὲν ἄξιόν ἐστι καὶ φιλεῖν δι' εὐφυΐαν, ὃ μάλιστα τιμῶσιν ὧν ἴσασι καὶ ποθοῦσιν, εἰς τοῦτο τιθέντας τοῦ θεοῦ τὴν ἐπίνοιαν.

Cum in codicibus D, F^1 post φιλεῖν legatur τό,

[1]) Cf. Cobet, Observ. Crit. pag. 279, 370.

Paton edidit φιλεῖν ἅτε, ceteri editores reliquorum codicum scripturam secuti sunt.

Mutatio me iudice vix ac ne vix quidem necessaria; illud vero miror neminem in vocabulo εὐφυίαν vel εὐφημίαν, quod in codice D est, offendisse. Neutrum enim orationis contextui idoneum. Qui Apollinem eundem quem Solem habeant, eos Ammonius non putat *ingenii sollertia* ita iudicare, quippe qui eodem auctore excitandi sint atque hortandi ut, quae revera dei natura sit, contemplentur: ὡς δὲ νῦν ἐν τῷ καλλίστῳ τῶν ἐνυπνίων τὸν θεὸν ὀνειροπολοῦντας [1]) ἐγείρωμεν καὶ παρακαλῶμεν ἀνωτέρω προάγειν καὶ θεᾶσθαι τὸ ὕπαρ αὐτοῦ καὶ τὴν οὐσίαν. Itaque, quo locus vitio vacaret, pro εὐφυίαν proposueram εὐηθείαν; cum tamen litterae EY et A sexcenties inter se confundantur, quis non videt pro εὐφυίαν legendum esse ἀφυίαν, quam correctionem viro cl. Vollgraff, promotori meo, debeo? Duplex autem huius vocabuli, quod rarius apud scriptores occurit, usus est: usurpatur de natura inhabili sive inepta cum corporis tum animi. Utroque sensu a Plutarcho adhibetur, cf. Consol. ad Apoll. cap. 6 pag. 104 C.; non poss. suav. viv. sec. Epic. cap. 3 pag. 1088 B.

---

[1]) Correxit Wyttenbach; libri ὀνειροπολοῦντες.

THESES.

THESES.

I.

Sophocl. Philoct. vs. 62 seq.:

οὐκ ἠξίωσαν τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων
ἐλθόντι δοῦναι κυρίως αἰτουμένῳ.

Legatur: κυρίῳ τ'αἰτουμένῳ.

II.

Menandri Epitr. vs. 358 seq.:

. . . ἐκτεμεῖν
δίδωμ' ἐμαυτοῦ τοὺς ὄδοντας.

Pro ἐμαυτοῦ legatur ἐμαυτόν.

III.

Thucyd. I cap. 33:

... μηδὲ δυοῖν φθάσαι ἁμάρτωσιν, ἢ κακῶσαι ἡμᾶς ἢ σφᾶς αὐτοὺς βεβαιώσασθαι.

Legatur: μηδὲ δυοῖν θατέρου ἁμάρτωσιν.

IV.

Thucyd. III cap. 30:

. . . νομίσαντες οὐκ ἄλλο τι εἶναι τὸ καινὸν τοῦ πολέμου ἢ τὸ τοιοῦτον.

Pro καινὸν legatur κλῖνον.

V.

Plut. vit. Themist. cap. 30:

Καταβαίνοντι δ'αὐτῷ πρὸς τὰς Ἑλληνικὰς πράξεις ἐπὶ θάλατταν Πέρσης ἀνὴρ . . . ἐπεβούλευσε.

πράξεις mutetur in πόλεις.

VI.

Plut. vit. Sull. cap. 3:

. . . ὥστε γλυψάμενος ἐν δακτυλίῳ φορεῖν εἰκόνα τῆς πράξεως καὶ ταύτῃ γε χρώμενος ἀεὶ διετέλεσεν. ἦν δὲ ἡ γραφὴ Βόκχος μὲν παραδιδούς, Σύλλας δὲ παραλαμβάνων τὸν Ἰογόρθαν.

Pro γραφὴ legatur γλυφή.

VII.

Plut. vit. Pomp. cap. 48:

Βύβλῳ τε γὰρ εἰς ἀγορὰν τῷ ὑπάτῳ κατιόντι μετὰ Λουκούλλου καὶ Κάτωνος ἄφνω προσπεσόντες κατέκλασαν τοὺς ῥάβδους . .

Deleantur vocabula τῷ ὑπάτῳ.

VIII.

Plut. de Superst. cap. 6 pag. 167 D.:

. . . οἱ δὲ δοξάζουσι φοβερὸν τὸ εὐμενὲς καὶ τυραννικὸν τὸ πατρικὸν καὶ βλαβερὸν τὸ κηδεμονικὸν καὶ τὸ ἄμικτον ἄγριον εἶναι καὶ θηριῶδες.

Pro ἄμικτον legatur μείλιχον.

IX.

Plut. de Pyth. Orac. cap. 20 pag. 403 F.:

Ἔνιοι (sc. τῶν χρησμῶν) δὲ καὶ νῦν μετὰ μέτρων ἐκτρέχουσιν, ὧν ἕνεκα καὶ (ὧν ἕνα καὶ Wyttenbach) πρᾶγμα περιβόητον πεποίηκεν.

Legatur: ὧν ἕνα καινόν τι πρᾶγμα.

X.

Ovid. Fast. IV: 9:

Quae decuit, primis sine crimine lusimus annis.

Praestiterit *Quis decuit* . .

XI.

Ovid. ex Ponto I: 3: 90:

nec iuver admota perditus aeger ope.

Legatur: *nec iuvor*. . .

XII.

Ovid. ex Ponto III: 2: 87:

exstitit hoc unum, *quo* non convenerit illis.

Pro *quo* restituatur *quod*.

XIII.

ibid, vs. 93 seq.:

nec mora, de templo rapiunt simulacra Dianae
clamque per immensas puppe feruntur aquas.

Legatur *clam*, *perque*.

XIV.

Stat. Silv. I: 1: 39 seq.:

nec dulcior usquam
lecta deae sedes, *nec si*, *pater*, *ipse teneres*.

Praestiterit *nec si pater ipse teneret*.

XV.

Stat. Silv. III: 1: 125:

hic pater ipse *loci* positis Tirynthius armis
insudat,

Legatur *huic* . . . *loco*.

XVI.

Juv. Sat. II: 28:

in *tabulam* Syllae si dicant discipuli tres.

Pro *tabulam* lege *tabulas*.

XVII.

Cic. de Senect. cap. 6 § 19:

. . nec enim excursione nec *saltu* nec eminus hastis aut cominus gladiis uteretur (sc. Scipio Afric. mai.) sed . . . .

Pro *saltu* lege *sagulo*.

XVIII.

Cic. de Nat. Deor. I cap. 9 § 22:

Quid autem erat, quod concupisceret deus mundum signis et luminibus tamquam *aedilis* ornare?

Pro *aedilis* legatur *aedis*.

XIX.

Liv. lib. 45 cap. 2 § 4:

Senatus forte in curia erat; *eo* legatos consul introduxit.

Pro *eo* legatur *ilico*.

XX.

Graeci saepe mortales, ut Brasidam Lysandrum alios, divinis honoribus afficiebant; qua in re barbarorum sacra atque exempla secuti non sunt.

XXI.

Minus recte Aeschines patriae proditor habetur.

XXII.

Ten onrechte meent Const. Ritter, Neue Unters. über Platon, pag. 290, dat Rep. IX pag 572 C. εἶδος beteekent *die innere Gemütsferfassung*.

XXIII.

Het verdient aanbeveling om met Windelband de behandeling van Plato's philosophie door de behandeling van Democritus' leer onmiddellijk te laten voorafgaan.